Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764208-p0001-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764208-p0002-0

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS JVRIDICA

DE

# DIVERSO POENARVM GENERE EX MENTE C. C. C. INDEQVE ORIENTE DISCRIMINE INTER DELICTA CIVILIA ET CRIMINALIA NEQVAQVAM NEGLIGENDO.

QVAM

*RECTORE MAGNIFICENTISSIMO*

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO

PRINCIPE AC DOMINO

DNO FRIDERICO II

HASSIAE LANDGRAVIO, RELIQ.

EX DECRETO FACVLTATIS JVRIDICAE

PRO

*SVMMIS IN VTROQVE IVRE PRIVILEGIIS*

*ET HONORIBVS CONSEQVENDIS*

AMPLISSIMORVM ACADEMIAE PROCERVM

EXAMINI SVBMITTIT

CAROLVS GVILIELMVS ROBERT

IVRIS ATQVE PHILOSOPHIAE PRACTICAE PROFESSOR P. O.

*RESPONDENTE*

GEORGIO GVILIELMO SCHOEDDE

HASSO

AD D. AVG. ANNI MDCCLXXIX.

H. L. Q. S.

MARBVRGI

TYPIS IOANNIS BAYRHOFFERI.

10

389

1779,9

1779,9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-764208-p0003-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764208-p0004-1

# CONSPECTVS.

§. 1.

Inſtituti ratio exponitur.

§. 2.

Probatur, adducto teſtimonio, de *notione generali* poenarum criminalium et ciuilium ex mente *Carolinae* laborare Interpretes.

§. 3.

Vnde intelligitur non ſuperuacuam fore operam, quam in formandam notionem illam impendimus.

§. 4.

Inprimis cum neglecto fonte in diuerſa abierint Interpretes, inter quos 1mo referre liceat Cl. *Meiſterum.*

§. 5.

2do M. *Kochium.*

§. 6.

3io Cl. *Quiſtorpium.*

§. 7.

Oſtenditur horum Virorum diſſenſus in *genere*, atque modeſtum judicium de *Quiſtorpio* fertur in *ſpecie.*

§. 8.

Conferuntur *propius* inter ſe regulae, quas propoſuerunt *Triumuiri*, vt de diſſenſu eorum magis conſtet.

§. 9.

Dubiis quoque non leuibus premi regulas allatas demonſtratur.

§. 10.

Atque ex hac opinionum diuerſitate concluditur, ipſum fontem eſſe conſulendum.

§. 11.

Priusquam diſcrimen quod inter cauſſas criminales et ciuiles intercedit ex mente Carolinae, explicari poteſt, remouendum dubium circa vſum et ſignificatum vocis: *criminalis.*

§. 12.

Ad quod reſpondetur verbis Cl. *Böhmeri.*

§. 13.

Cum Epicriſi.

§. 14.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764208-p0005-6

§. 14.

Atque addito nouo quodam Argumento et propoſita diſtinctione inter poenas *ciuiles* et *criminales*.

§. 15.

Cujus indolem atque naturam ex ipſa *Carolina* junctis aliis adminiculis curatius eruendam eſſe monetur.

§. 16.

Inter adminicula primum locum obtinet Conſtitutio criminalis *Bambergenſis*.

§. 17.

Deinde *Brandenburgenſis*.

§. 18.

Atque *Philippina*.

§. 19.

Denique quos vocant Receſſus imperii.

§. 20.

Ex quibus juncta *Carolina* ſatis intelligitur diuerſa poenarum criminalium et ciuilium indoles, quae incipiendo a *criminalibus* curatius explicanda erit.

§. 21.

Atque *primo* loco breuiter agitur de *vitae jactura*.

§. 22.

*Secundo* de *membrorum ademtione*.

§. 23.

*Tertio* de *poenis corporalibus*.

§. 24.

*Quarto* de *famae* et *honoris jactura*.

§. 25.

*Quinto* de *publicatione bonorum*.

§. 26.

Sequitur tractatio de poenis *ciuilibus*.

§. 27.

Quae docet in dijudicando diuerſo poenarum genere non tantum ad ipſum judicem, ſed ad earum indolem inprimis eſſe reſpiciendum.

§. 28.

Ex qua ſimul oritur diſtinctio inter delicta *ciuilia* et *criminalia*.

§. 29.

In cujus neglectum ejusque cauſſam inquiritur.

§. 30.

Vſus hujus diſtinctionis eſt 1) doctrinalis.

§. 31.

Atque 2) in ipſis rerum Argumentis obtinet.

§. 1.

## §. 1.

## INSTITVTI RATIO EXPONITVR.

Quod in omni diſciplina vehementer optare ſolent, qui ſolidioris doctrinae cupidi ſunt, vt firmis ſuperſtruatur fundamentis, atque ex certis indubiisque principiis totum ejus formetur ſyſtema: hoc ipſum, ex quo in ſtudium juris criminalis incumbere licuit, eo magis in votis habuimus, quo certius nobis perſua-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764208-p0007-7

ſuaſerat AVGVSTISSIMVS LEGISLATOR, ſi vnquam vllam, hanc profecto arduam eſſe ſcientiam, quae circa *honorem*, *corpus*, *vitam*, & *opes* hominum verſetur (1). Atque hoc ſpiritu animati, ſedulo euoluimus praeclaros, qui in hac arte reliquis palmam praeripuerant, Autores ſerioque flagrauimus deſiderio, his ducibus, addiſcendi juris criminalis principia, aliis viciſſim, pro muneris noſtri ratione, ſuo tempore inculcanda. Quemadmodum vero qualescunque, quos in hoc ſtudio fecimus profectus, *Viris Celeberrimis*, quos duces ſecuti ſumus, potiſſimum tribuendos eſſe, ingenue profitemur: ita hoc illis nos vel maxime debere grato animo teſtamur, quod occaſionem nobis ſuppeditauerint inueſtigandi curatius naturam atque indolem poenarum, quas *Conſtitutio Carolina* vocat *criminales*, atque indicandi diſcrimen, quod *illas* inter *poenasque ciuiles* ex mente AVGVSTISSIMI LEGISLATORIS intercedit, quo magis e medio tollantur difficultates, quibus tota de *cauſſis criminalibus* doctrina vel ideo premi videtur, quod diſcrimen illud non ſatis obſeruauerint juris noſtri cultores atque interpretes.

§. 2.

(1) Conf. Art. 1. C. C. C.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764208-p0008-3

## §. 2.
## PROBATVR, ADDVCTO TESTIMONIO, DE NOTIONE GENERALI POENARVM CRIMINALIVM ET CIVILIVM EX MENTE *CAROLINAE* LABORARE INTERPRETES.

Si quis forte in ipſo limine diſſertationis noſtrae nobis objiciat, peractum nos agere laborem oleumque omne atque operam perdituros: hunc meliora facile docebit KOCHIVS, Celeberrimus *Ludouicianae* Procancellarius atque de ſcientia juris criminalis optime meritus. „Poena, inquit, *V. C.*, quam lex „ſtatuit, de jure romano *criminalis* dicitur, ſi fiſco „vel reipublicae ea ſatisfit, *civilis*, quae accuſatori „applicatur. Quid de jure *Carolino* ſub poena *cri-* „*minali* peinlicher Strafe intelligendum ſit, *difficile* „definitu eſt. Ego ſic arbitror ſecundum praxin „noſtram: ea poena, quam ſolus judex criminalis „dictare poteſt, *criminalis* peinliche Strafe, eſt; ea „vero, quam et judex civilis imponendi facultatem „habet, *ciuilis* eſt, bürgerliche Strafe. Ergo notio „eſt relativa, in quouis loco magis determinanda (2).

 Igitur

(2) Confer. Ejusdem Inſtitutiones juris criminalis ed. 1775. p. 64. §. 75.

Igitur *difficulter* admodum definiri poſſe poenae criminalis notionem ex mente C. C. C. non ſolum exiſtimat Vir Cl. ſed tanquam de generali conceptu fere deſperans, in relatiuo nos acquieſcere jubet. Quae cum ita ſint, operae pretium nos eſſe facturos ſperamus, ſi, quoad per virium tenuitatem licuerit, ſuperare difficultates illas atque e medio tollere ſaltem tentauerimus. Penes aequum harumque rerum peritum lectorem judicium eſto, qualis votis noſtris reſponderit ſucceſſus!

## §. 3.

## VNDE INTELLIGITVR NON SVPERVACVAM FORE OPERAM, QVAM IN FORMANDAM NOTIONEM ILLAM IMPENDIMVS.

Neque exiſtimare licet inutilem eſſe quem ſuſcepturi ſumus laborem. Quemadmodum enim infra fuſius de commodis ex eo redundaturis dicendi locus erit atque occaſio: ita non poſſumus non praemonere, vix ac ne vix quidem intelligi poſſe diſcrimen, quod inter *cauſſas criminales* atque *ciuiles* ſecundum principia *juris communis* intercedit, niſi cognita prius fuerint atque perſpecta diuerſa poenarum genera,

quorum mentionem fecit C. C. C. Quod vt recte intelligant beneuoli lectores, probe obſeruent rogamus, nos *primo* non loqui de diſcrimine, quod inter cauſſas criminales atque ciuiles *in hac, vel illa prouincia* obtinet. Etenim vel ipſa Conſtitutione *Carolina* teſte, Proceribus Germaniae licet regere pro lubitu cauſſarum criminalium atque ciuilium fines (3), quo fit, vt pro diuerſitate ordinationum et differant poenae neque alibi locorum pro criminalibus habendae ſint, quae in certa regione in harum numerum referuntur. Nos igitur de eo potius caſu loquimur, quo deficiunt conſtitutiones prouinciales obſeruantiae atque pacta et quae tunc inter cauſſas criminales et ciuiles et vtriusque generis poenas obtineat differentia, quaerimus? Quae quaeſtio, cum *ex jure communi* tota pendeat atque decidenda ſit, obſeruare liceat *ſecundo*, ad eandem reſponſuris *inprimis* conſulendam eſſe C. C. C. Quemadmodum enim hunc ſcopum intenderat *Auguſtiſſimus Legiſlator*, vt

(3) Conf. Clauſulam praefationi Carolinae adiectam, verbis: Doch wollen Wir durch diſe gnedige Erinnerung Churfürſten, Fürſten und Stenden an iren alten wohlhergebrachten rechtmeßigen und billigen Gebreuchen nichts benommen haben.

vt in *ſubſidium* Ea vterentur imperii Status: ita hi ipſi ad Eam, deficientibus patriis legibus atque conſuetudinibus ablegant *judices*, atque vt ea ceu norma vtantur, jubent. Teſtes dictorum adducere liceat Ordinationes criminales *Haſſiacas* nouiſſimas, quae ſancte ſeruare jubent *judicii criminalis* Praeſidem atque Aſſeſſores, Conſtitutionis illius praecepta, neque ad *jura peregrina* confugere iis conceduut, *priusquam* hanc conſulerint (4). Vnde concludere liceat, minus

(4) Conf. die Fürſtlich-Heſſen-Darmſtädtiſche Criminal- und peinliche Gerichts-Ordnung de anno 1726. ejusque §. 6. qui tradit formulas juramentorum a Judice Aſſeſſoribus aliisque judicium criminale conſtituentibus perſonis praeſtandorum, in eo convenientes omnes vt jurantes obſtringantur: Sie wollen Kayſer Carl des fünften und des H. Reichs, wie auch der Fürſtl. Heßiſchen peinlichen Gerichts-Ordnung getreulich nachleben. Idem colligere licet ex ordinatione judicii criminalis Haſſo-Caſſellana de anno 1748. atque formulis juramentorum, quae praeſtare tenentur Judex et Aſſeſſores. En earum verba, quoad noſtro ſcopo inſeruiunt, quaeue leguntur p. 9. ſeq. Ayd des Peinlichen Richters — und abſonderlich dieſer unſerer peinlichen Gerichts- und andern dahin einſchlagenden beſondern gegenwärtigen und zukünftigen Verordnungen, ſodann der unter dem Kayſer Carolo V. in das Reich ergangenen Peinlichen Halß-Gerichts-Ordnung, wie auch gemeinen Rechten und Reichs-Conſtitutionen, treulich geleben, und dieſelben jedesmahlen vor Augen, auch darob mit allem

minus recte agere, qui, quando de poenarum atque cauſſarum criminalium indole ſermo incidit, ſilentibus legibus patriis, *Carolinam* ſusque deque habent, atque regundo pro arbitrio ſuo fines cauſſarum criminalium atque ciuilium faciunt, vt in limine ſcientiae juris criminalis, principiis certis firmisque deſtituantur ejus cultores (5).

§. 4.

INPRIMIS CVM NEGLECTO FONTE IN DIVERSA ABIERINT INTERPRETES, INTER QVOS I° REFERRE LICEAT CL. MEISTERVM.

Contigit enim, vt neglecto quem vix dum indicauimus fonte, diuerſimode judicauerint de cauſſarum

lem Fleiß halten. Alles getreulich und ſonder Gefährde.

Ayd der Peinlichen Gerichts-Aſſeſſoren

— Euch disfals nach unſerer Peinlichen Gerichts- und andern dahin einſchlagenden allgemeinen und beſondern Ordnungen, **wie nicht weniger** nach des Kayſers Caroli V. Peinlichen Hals-Gerichts-Ordnung, wie auch denen Reichs-Conſtitutionen und gemeinen Rechten richten und darob halten. Alles getreulich und ſonder Gefährde.

(5) Non loquimur hic et in ſequentibus de cauſſis ad claſſem criminalium, ex principiis jurisprudentiae Legislatoriae referendis, ſed de legibus jam promulgatis atque cauſſis ex earum tenore inter criminales vel ciuiles numerandis. Quod ſemel monuiſſe ſufficiat!

rum criminalium indole *Viri Celeberrimi.* Quod vt perſuadeam beneuolis Lectoribus, *Triumuirorum* de ſtudio noſtro praeclare meritorum teſtimonia adducere licebit eo quidem ordine, quo ſcripta ſua ediderunt. Itaque primum audiamus *Cl.* MEISTERVM, qui indicaturus limites, quibus a ſe invicem diſtinguuntur cauſſae criminales et ciuiles, „in dubio, „ait, ſequentes regulae ſunt obſeruandae. 1) Omnes „caſus et delicta, ex quibus vel ratione laeſi debili„tatio corporis ſequitur, vel metuenda eſt, vel ex „quibus mors, vel poena corporalis, quae et corpo„ris adflictiua dicitur, laedenti metuenda eſt, ad ju„dicium criminale pertinent.

„2) In eundem cenſum hodie veniunt illae poenae, „quae licet corpus non afficiant, corporalibus tamen „aequiparantur.

„Olim, ſic pergit *V.C.*, in Germania, delicta, ſo „zur Haut und Haar gingen, h. e. quae fuſtium per„cuſſionem exigebant, minora habebantur, quorum „adeoque cognitio ad judicium ciuile Vogtey= Erb= „und Niedergericht ſpectabat. Verum ob magnam „fuſtium poenae antiquae et hodiernae diuerſitatem, „hodie 3) illae cauſſae criminales *minores, judiciique* *ciuilis*

„*ciuilis* cenſentur, in quibus de poena, temporale „exilium, vel interdictionem certae rei, vel carcerem „aliquot dierum, vel mulctam *quatuor* aut *quinque* „*thalerorum* non excedente agitur. (6)

## §. 5.

### 2do M. Kochivm.

Hactenus Cl. Meiſterus! Qui ſuas juris criminalis inſtitutiones edidit anno 1758. *Magnificus* Kochivs hac vſus fuit methodo, vt praemiſſa cauſſae criminalis definitione atque inter cauſſas *majores* et *minores* diſtinctione, tribus regulis doceret Lectores, quaenam cauſſae inter has illasue ſint referendae. „Omnis, ſunt verba *V. Cl.*, cauſſa delictum „qua tale ſ. quoad poenam concernens dicitur *cauſſa* „*criminalis.* Sunt autem ratione poenae vel cauſſae „criminales *majores* vel *minores.* Priores *in ſpecie* „dicuntur *criminales*, peinliche Fälle, olimque ea „habebantur, die an Hals und Hand giengen. Hae „dicuntur geringe Frevel, et olim ea erant, die an „Haut und Haar giengen. Quaenam autem hodie „cri-



(6) Cf. Meisteri principia juris criminalis, quae prima quidem vice prodierunt 1755. Vtor vero edit. a. 1767.

„criminales majores aut minores dicendae ſint, non „adeo ſemper expeditum eſt. In eo omnes conueniunt, rem in abſtracto ita non poſſe definiri, vt in „quouis loco valeat: ſed rem ex conſuetudine loci, „ex pactis, et praeſertim ſuperioris determinatione „dijudicandam eſſe. Inde vero palam eſt, ab vno „loco ad alterum tuto non poſſe concludi, quum vna „eademque cauſſa criminalis in altero loco poſſit eſſe „major, quae in alio eſt minor. Caeterum lege, „obſeruantia, aut pacto deficiente, ſecundum has „regulas res dijudicanda eſt. I.) Omnes cauſſae „criminales, quarum poena ordinaria ſ. in theſi eſt „capitalis, ſunt majores. II.) Omnes cauſſae criminales, quarum poena ordinaria ſ. in theſi eſt corporalis, majores putandae ſunt. III.) Omnes cauſſae „criminales, quarum poena ordinaria ſ. in theſi relegatio perpetua vel carcer perpetuus, plurium annorum aut hebdomadum vel mulcta ſupra 10 thaleros, majores exiſtimandae ſunt, reliquae minores. „In Saxonia electorali lege generali principium „cognoſcendi eſt propoſitum, ſecundum quod in „obuio caſu res eſt decidenda. Et optandum omnino „eſt, vt in omnibus prouinciis tale principium in-

du-

„dubium exſtaret. In dubio ſi nec ex *analogia* certi „quid deduci poteſt, cauſſa criminalis in numerum „*majorum* eſt referenda: quoniam *judex civilis* jus „puniendi crimina tantum habet per modum excep- „tionis. (7)

§. 6.

3tio *Cl.* Qvistorpivm.

Audiamus denique Cl. Qvistorpivm de *cauſſis criminalibus* differentem: "An denjenigen, ſunt ejus „verba, Oertern, wo durch Geſetze, oder Gewohn- „heiten nicht beſtimmt worden, welche Fälle eigent- „lich zu den peinlichen Fällen gehören ſollen, iſt „die Beſtimmung des Begriffs derſelben vielen „Schwierigkeiten unterworffen, da von einem Lande „auf das andere, von einer Stadt auf die „andere, und von einem Ort auf den andern nicht „mit Sicherheit geſchloſſen werden kan. Denn es „giebet eigentlich einen dreyfachen Begriff peinlicher „Fälle, nämlich 1) in ſo fern ſie den Bürgerlichen „überhaupt entgegen geſetzt werden, und diejenigen „Fälle anzeigen, da eine öffentliche Beſtrafung ſtatt „findet; 2) in ſo fern ſolche Verbrechen begangen



(7) Conf. Joh. Christoph. Kochii Inſtitutiones juris criminalis p. 473 ſeqq. ed. 1775.

„worden, die mit dem Todte, oder einer Pein am „Leibe beſtrafet werden; 3) in ſo fern man ſich dar„unter diejenigen Verbrechen gedenket, welche Lebens„oder Leibesſtrafen, oder auch ſolche nach ſich ziehen, „welche den Leibesſtrafen gleich geachtet werden. „Der Begriff peinlicher Fälle in der dritten Bedeu„tung iſt der gewöhnlichſte, und man pfleget denſel„ben zu verſtehen, wenn durch Landes-Geſetze und „Gewohnheiten nicht feſtgeſetzt worden, welche Ver„brechen eigentlich zu den peinlichen Fällen gehören „ſollen. Daß man aber unter peinlichen Fällen dieje„nigen Verbrechen, weshalb entweder eine Lebens„oder Leibesſtrafe, oder eine ſolche, die einer Leibes„ſtrafe gleich geachtet wird, in Theſi ſtatt findet, ver„ſtehen müſſe, iſt ſelbſt der peinlichen Gerichts-Ord„nung gemäß. (Art. 1. 104. 110. 111. 113. 164. 169.)

„Um den eigentlichen Begriff peinlicher Fälle feſt„ſetzen zu können, muß man nicht ſo wohl auf das „Verbrechen an und für ſich ſelbſt, als vielmehr auf „die Strafe, welche ſtatt findet, ſehen, und ferner „wohl darauf Betracht nehmen, ob es durch die Um„ſtände, und durch die vorhandenen Anzeigen wahr„ſcheinlich werde, daß in dem gegenwärtigen Fall,

„und

„und wegen des begangenen Verbrechens, entweder „eine Lebens- oder Leibesſtrafe, oder auch eine ſolche, „welche einer Leibesſtrafe gleich geachtet wird, ſtatt „finden könne. Hieraus ergiebet ſich, daß es bey „den peinlichen Fällen nicht darauf ankomme, daß „das Verbrechen unter allen Umſtänden peinlich be- „ſtrafet werde, ſondern, daß vielmehr darauf geſehen „werden müſſe, ob ſolches bey dem gegenwärtigen „Verbrechen vermöge der Umſtände wahrſcheinlich ſey. „Es kan daher ein Verbrechen, das an ſich nur will- „kürlich beſtrafet zu werden pfleget, wegen der mit „dem gegenwärtigen verbundenen aggravirenden Um- „ſtänden, weshalb es nach der höchſten Wahrſchein- „lichkeit zu einer peinlichen Leibesſtrafe kommen wird, „zu den peinlichen Fällen gehören. (8)

## §. 7.

## OSTENDITVR HORVM VIRORVM DISSENSVS IN GENERE, ATQVE MODESTVM IVDICIVM DE QVISTORPIO FERTVR IN SPECIE.

Si quas in medium protulimus *Triumuirorum* de cauſſarum criminalium indole ſententias ſecum in-

(8) Conf. D. Johann Chriſtian Quiſtorps Grundſätze des teutſchen peinlichen Rechts S. 835. ſeq. ed. 1776.

inuicem conferamus: haud difficulter obſeruare licebit inſigne, quod inter eas intercedit diſcrimen dubiaque non leuia, quibus ſingulae premuntur. Atque tantum abeſt, vt Cl. Qvistorpivs rei difficultatem non animaduerterit, vt potius de certo firmoque principio, ad cuius normam totam hanc litem componere queamus, deſperare videatur. Neque enim, ſi mentem ejus recte percepimus, quam tertio loco propoſuit cauſſarum criminalium notionem, licet *plerumque* eam obtinere concedat, *vbiuis* applicari poſſe, deficientibus legibus aut conſuetudinibus ſpecialibus affirmat, neque ſibimet ipſi ſatis conſtat *V.C.*, quando, quae ab initio de delictis *in theſi*, vt ajunt, aſſeruerat, mox ſui quaſi oblitus, in fine *paragraphi* de delictis in *hypotheſi* intelligere videtur.

## §. 8.
## CONFERVNTVR *PROPIVS* INTER SE REGVLAE, QVAS PROPOSVERVNT Trivmviri, VT DE DISSENSV EORVM MAGIS CONSTET.

Diximus autem *differre* inter ſe allegatas Doctorum ſententias. *Primo* enim Meistervs atque Kochivs cauſſas criminales diſtinguunt in *majores*

et

et *minores* hasque ad judicium ciuile ablegant. Qvistorpivs hujus diſtinctionis in paragrapho, quem deſcripſimus, nullam facit mentionem, ſed cauſſas criminales ciuilibus in *genere* opponi, easque complecti obſeruat, quarum poena ſit *publica*. Deinde ad poenas ipſas non ſolum ſpectare nos jubet Cl. Meistervs, ſed inſimul ad perſonam laeſi atque damnum corpori ejus illatum; ad poenam ſolam prouocant Kochivs et Qvistorpivs. Denique inter cauſſas *minores* judiciique *ciuilis* eas refert Meistervs, in quibus agitur de poena non excedente mulctam 4. aut 5. thalerorum; Kochivs eas vocat *majores*, quarum mulcta 10. ſuperat thaleros.

## §. 9.

### DVBIIS QVOQVE NON LEVIBVS PREMI REGVLAS ALLATAS DEMONSTRATVR.

Sed non leuibus quoque dubiis premi regulas illas nos ſupra monere meminimus. Quando enim de cauſſis *criminalibus* atque regundis earum finibus quaeritur, *ciuilibus* procul dubio opponuntur. Iam vero diſtinguunt Viri Cl. inter cauſſas criminales majores et minores, hasque demum vocant ciuiles.

Igitur

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764208-p0021-5

Igitur peccare nobis videntur contra regulas Logicae, quae prohibent, quo minus membrum diuiſionis ingrediatur ſubdiuiſionem. Porro ſine ratione ſtatuere nobis videntur *Viri Cl.* inter cauſſas minores atque *judicii ciuilis* eſſe referendas, quarum poena non ſuperet quantitatem *decem*, vel *quinque*, *quatuorue* thalerorum. Quum enim in determinanda hac quantitate non inter ſe ſolum diſſentiant, ſed ipſe quoque Cl. MEISTERVS certam fixamque ſummam indicare auſus non fuerit; ſatis ſuperque apparet, firmo nos hactenus deſtitui principio, ad cujus normam haec lis componi poſſit. Accedunt vero alia, eaque grauiora argumenta, quae, quo magis ita ſentiamus, jubent. *Primo* enim tota illa computatio ſiue determinatio jure innititur particulari, quod, cui Perilluſtris PVFFENDORFII de *jurisdictione Germanica* librum ſingularem euoluere libuerit, ſine vllo obſeruabit negotio. „*Saxones*, ſunt verba V. C., in terris „electoralibus mulctandi jus judicis ciuilis quatuor „ſexagenis nouis vel thaleris decem circumſcribunt" (9). Itaque *Saxones* imitantur atque jus par-

(9) Cf. FRIDERICI ESAIAE PVFENDORFII de jurisdictione librum p. 539. §. 39. in f.

particulare nobis obtrudunt, qui poenarum, quibus delicta minora ſint vindicanda quantitatem decem thaleros eſſe ſtatuunt. Innititur praeterea omnis illa determinatio quantitatis poenae pecuniariae a judice ciuili dictandae antiquis Germanorum inſtitutis de 60 ſolidorum emenda, quam judex ciuilis exigere potuit. Etiamſi vero PVFFENDORFIVS hoc ipſum aſſerat, dum, "dicendum, ait, videtur, Germano-„rum inſtitutis 60 ſolidorum emendam judici ciuili „vulgari pro re nata deberi et capere eundem emen-„das tales jure poſſe etc. (10): Ipſe tamen *Vir Cl.* recte deinceps obſeruauit, ſolidorum horum valorem hodie *difficulter* determinari poſſe, adeo vt conſultum ſit, vt huic rei legibus prouincialibus norma et regula conſtituatur (11). Cui ſententiae calculum addere eo minus dubitamus, quo certius eſt atque vel ex teſtimoniis a PVFFENDORFIO allatis intelligitur, jam dudum, a *Saxonia* ſi diſceſſeris, antiquatum eſſe in *Germania* antiquum illum ſolidorum

 com-

(10) *Ibid.* p. 533. §. 28. in m.

(11) *Ibid.* p. 539. §. 39. In tanta difficultate, ſunt ejus verba, conſultum eſt, vt huic rei legibus prouincialibus norma et regula conſtituatur.

computum in hac, circa quam verſamur, doctrina. (12) De *Haſſia noſtra* itidem ſatis ſuperque conſtat, dari nonnulla delicta, quorum poena, etiamſi ſummam 10 thalerorum ſuperet, pro criminali non habeatur (13), neque ſolidorum hodie mentionem fieri, quando ordinationes noſtrae ſiue quantitatem ſiue monetam ejusque valorem, ſecundum quem poenae pecuniariae ſint exigendae, determinant. Quae cum ita ſint, alio nobis quantitatem poenarum determinaturis opus erit principio, quod in defectu legum ſpecialium definiat, quaenam poenae inter criminales atque ciuiles ſint referendae. Atque ſperamus fore vt hoc nobis ipſa

(12) Itaque non mirum ſi vel in vna eademque prouincia quantitas poenarum pecuniariarum, quas judici ciuili dictare licet, diuerſa reperiatur. Nam jure *Luneburgico*, quibus jurisdictio ciuilis competit, octo demum thalerorum mulctas accipere permiſit Georgius Guilielmus anno 1695; Ciuitatibus *Dannembergenſi* et *Luchouienſi* ſumma 20 florenorum Lubecenſium praefinita eſt, *ibid.* p. 539. ſeq. §. 40. et 41.

(13) Conf. v. g. ordinationem de 1741. quae ferrum in- et exportantibus minatur poenam centum vel viginti thalerorum. Mulcta 100 thalerorum ſoluenda, ſi quis in vſum Lottariarum, quae publice non probatae ſunt, pecuniam collegerit. Conf. ord. de 1772. Adde conſtitutiones Imperii, quae aliquando poenas pecuniarias ſummam decem thalerorum longe ſuperantes minantur. Conf. e. g. R. I. N. §. 120.

ipſa ſuppeditet C. C. C., quam, vbi aliae deſunt leges, ceu *jus commune* ſancte obſeruare jubent Conſtitutiones imperii atque patriae ordinationes.

## §. 10.

## ATQVE EX HAC OPINIONVM DIVERSITATE CONCLVDITVR *IPSVM FONTEM* ESSE CONSVLENDVM.

Scilicet *hunc fontem* eo minus negligendum fuiſſe exiſtimamus, quo certius eſt, vel ipſam opinionum, quas in antecedentibus obſeruare licuit diuerſitatem quemlibet ſolidioris doctrinae cupidum ad eum ducere debuiſſe. In qua ſententia nos confirmat tritum illud: quod ſine lege loqui dedeceat Jureconſultum. Sed vero conferentes loca ſupra in medium prolata illico intelligent, legibus non firmaſſe AA. Cll., ſuas, quas poſuere, regulas, quin potius deſperaſſe de certo aliquo firmoque principio. QVISTORPIVM quidem, vt tertium, quem cauſſae criminali tribuit, ſignificatum oſtenderet, ad Conſtitutionem Carolinam prouocantem audiuimus ſupra, ſed obſeruauimus quoque, dubitanter nimis locutum eſſe *V. Cl.* fontemque ipſum vix ac ne vix quidem conſuluiſſe.

 Neque

Neque etiam (quod hic loci addere liceat fuſius deinceps demonſtraturis) quotquot huc pertinent articulos excitaſſe videtur.

## §. 11.

### PRIVSQVAM DISCRIMEN QVOD INTER POENAS CRIMINALES ET CIVILES INTERCEDIT EX MENTE C. C. C. EXPLICARI POTEST, REMOVENDVM DVBIVM CIRCA VSVM ET SIGNIFICATVM VOCIS: CRIMINALIS.

Quandoquidem vero nobis oſtendere incumbit diſcrimen, quod Conſtitutio Carolina conſtituit inter poenas *criminales* et *ciuiles*: dubium antea remouendum, cui ipſa vox *criminalis* et olim et recentiori aetate anſam praebuit. Scilicet fuere atque hodiedum ſunt, qui voces *criminalis* atque **peinlich** pro ſynonimis habere nolunt, ſed illam pro voce *generis* quae hanc ceu *ſpeciem* complectatur, venditant, adeo vt quaeuis cauſſa, quam Germanico idiomate **peinlich** vocaturi eſſemus, recte quidem audiat criminalis, non viciſſim quae criminalis ſit omnis etiam **peinlich** nominari queat. Cum qua lite altera cohaeret de ſenſu vocis **peinlich** *proprio* et *improprio*. Illum enim

enim dicunt, quando vox *poenas corporis afflictiuas*, hunc, ſi alias easque leuiores quoque denotet. Quae olim de hac materia diſputarunt *Cothmannus*, *Antonius* atque *Reinkingius*, a *Mathia Stephani relata* (14) jamjam ſedulo omittimus, LEYSERVM potius, a partibus CARPZOVII ſtantem (15) atque quem nactus eſt aduerſarium BOEHMERVM auſcultaturi. Atque ille quidem in meditatione ad Pandectas 648 ſpecimine 1. ſeqq. „Criminalis, ait, poena, cauſſa „actio eſt, qua *offenſa reipublicae* vindicatur ſiue „hoc per vltimum, ſiue per non capitale ſupplicium, „ſiue per carcerem, ſiue per mulctam, ſiue per aliam „poenam fiat, ac opponitur poenae, cauſſae actioni „ciuili, qua priuati per crimen laeſi, quod ſibi „debentur, perſequuntur. Vid. l. vlt. de furt. l. 2. „de

(14) Conf. Conſtitutiones publicorum judiciorum cum jure communi collatas a *Matthia Stephani* Francof. 1626. p. 3. ſeq.

(15) Conf. BENEDICTI CARPZOVII Practicae nouae imperialis Saxonicae rerum criminalium part. 3iam p. 13 ſeqq. vbi primum quidem n. 44. voces criminalis et peinlich pro ſynonimis eſſe habendas negat, tandem vero n. 48. rem in medio relinquere videtur, verbis: Quicquid etiam ſit de jure ſanctionis Carolinae in foro certe Saxonico minus dubium eſſe videtur cauſſas atque poenas illas ſolummodo dici criminales, quae ſunt corporis afflictiuae.

„de appell. recipiendis l. 95. 5. de publicanis, l. vlt. „de priuat. del. l. 16. C. ad l. Cornel. de fals. l. vn. „C. quando ciuil. actio praejudicet C. 13. X. qui filii „ſint legitimi. Itaque criminale judicium latiſſime „patet, poenasque omnes publicas, etſi leues, com-„plectitur. At vox peinlich arctioribus cancellis cir-„cumſcribitur, et ad ea ſola pertinet quae corpus „adfligunt.“ — Sequitur deinde ſpecies facti, qua enarrata pergit Autor Cl. „Nunc alius popularis „error redarguendus eſt. Nempe interpretes juris „fere omnes, qui vocem peinlich explicant, hunc „cum vetere dictione, an Haut und Haare prorſus „conuenire perhibent. Eſt tamen inter ambas diſcri-„men, tanquam inter genus et ſpeciem. Peinlich, „genus eſt et omnes quae corpus adfligunt, compre-„hendit. Hae vero poenae, quae corpus adfligunt, „in duas claſſes diſpeſcuntur, quarum prima illas, „quae vitam, membra, corporis ſanitatem perdunt, „die an Leib, Leben, Geſundheit, Hals oder Hand „gehen, altera eſt, die an Haut und Haare gehen, „continet. Illae ad ſuperiorem jurisdictionem per-„tinent; hae etiam ad inferiorem. Apparet hoc „clariſſime ex Speculi Saxonici l. 1, art. 13. vbi judici

„ruſti-

„ruſticano, qui certe ſuperiorem jurisdictionem non „habuit, judicium zu Haut und Haar permittitur, „vltra vero progredi interdicitur. Quid vero eſt zu „Haut und Haar? Explicat hoc Gloſſator latinus „dicti art. 13. verbis Friderici Imperatoris in Conſtit. „de pace tenenda, quae in lib. 2. Feud. tit. 27. exſtat „§. 8. Si quis, inquientis, quinque ſolidos valens „aut plus fuerit furatus, laqueo ſuſpendatur; ſi „minus, ſcopis et forpice excorietur et tondeatur. „Recte. Male enim in vulgaribus juris Longobar-„dici editionibus legitur: forcipe. Quali editione „deceptus forſan Gloſſator germanus articuli 13. verba „haec ſic interpretatur: Iſt eine Dieberey, welche bey „Tag geſchehen, geringer denn drey Schölling werd, „ſo gehet ſie zu Haut und Har. Das iſt man ſchlecht „einen darumb zur ſtaupen, und windet Ihm die Har „mit einem Kluppen oder Knebel aus dem Haubt. „Corrigit tamen confeſtim errorem, additque: Hier-„bey ſagen etliche, das die Zeit, als das Recht ſey „gegeben worden, haben die Sachſen lange Har getra-„gen, und da hab man ein ſolchen Dieb pflegen zu „beſcheren, alſo das man ihn kennen und ſich vor ihm „hüten möchte.“ Hactenus LEYSERVS, quem vocem

*cri-*

*criminalis* generalem eſſe, atque vocem peinlich tanquam ſpeciem complecti audiuimus aſſerentem. Partes ejus ſecutus eſt noſtra aetate Qvistorpivs (16). Sic enim V. C.: „Aus der Zuſammenhaltung des „römiſchen Begrifs der cauſarum criminalium mit „demjenigen, in welchem die teutſchen vordem die „peinlichen Fälle zu nehmen gewohnt waren, ergiebt „ſich, daß cauſae criminales und peinliche Fälle ſehr „weit von einander unterſchieden ſind, und daß ſich „vielmehr cauſae criminales zu den peinlichen Fällen, „wie genus ad ſpeciem verhalten.

§. 12.

AD QVOD RESPONDETVR VERBIS CL. Böhmeri.

Refutauit Leyſerum Böhmervs ad Carpzouium Q. 102. obſ. 1. qui quidem obſeruauit, Carolinae haud congruere interpretationem illam, neque ad rhombum facere loca ex Speculo Saxonico prolata; caeterum tamen neglexiſſe nobis videtur primarium atque mox proferendum argumentum, quo haec conuelli poterat opinio. Quod qui meditatus fuerit curate, nae is non ſolum non ſtabit a partibus Leyseri, ſed

(16) *Ejusdem* Grundſätze des teutſchen peinlichen Rechts, N. 833. §. 533. a. E.

ſed inſimul nequaquam conuenire quem plerumque tradunt rerum criminalium conceptum menti Conſtitutionis Carolinae, nobiscum, quod ſperamus, animaduertet. Sed audiamus ipſum BÖHMERVM: „Quodſi notio, quae legibus Germaniae non tantum „congruit, verum etiam vſu loquendi frequentiſſima „eſt, *propria* audit, non video, cur ea, quam vox: „peinlich in C. 66. prae ſe fert, ceu ipſe Autor plu„ribus locis probauit, impropria dicenda. Vix extat „articulus, in quo appellatio peinlich ad ſolas poenas „corporis afflictiuas imminentes reſtringenda, ſed „vbicunque Carolina comprehendit hac voce eas, „quae majoris praejudicii ſunt, et *publicam* ſatisfa„ctionem pro ſcopo habent. Certe diſpoſitio art. 22. „ad ſolas *corporales* reſtringi nequit, etſi ex prae„judicio vulgari aliud viſum LEYSERO ſp. 241. „m. 6 (17). Eſt enim regula hoc articulo expoſita „generalis, ad omnia delicta pertinens, quibus *nota„bilis* poena cohaeret, non ſolis poenis *corporalibus* „propria. Multo minus hoc de articulo 177 et 178

D „C.

(17) In mendo cubare videtur Textus BÖHMERI, cum in ſpecimine, quod citat, tradatur doctrina de *litis denuntiatione*, eo vero quod ſupra excitauimus ſuam de poenis criminalibus ſententiam propoſuerit LEYSERVS.

„C. C. C. ſtatuendum, quia gradus poenarum tum in „delicto auſo ſed non perfecto, tum in ſociis coër- „cendis, de quibus caſibus hi articuli agunt, tam „late patent, vt modo carcerem, relegationem, ite- „rum corporis afflictiuam comprehendant, ceu lippis „et tonſoribus notum, et tamen peinliche Strafen „hic audiant. Nec video, cur poena pecuniaria „grauiſſima, aut condemnatio ad carceres perpetuos „vel longiores, non ad eadem prorſus principia exi- „genda ſit, quibus corporis afflictiua regitur, quum „vtrobique praejudicium non multo diſſimile ſit. „Nam ad poenas ciuiles has, quas enarraui, referre, „perinde mihi videtur, ac ſi quis nouis inuſitatis ac „ineptis vocabulis jurisprudentiam confundere vel- „let. Parum praeſidii *Speculo Saxonico* ineſt, quod „hac appellatione promiſcue vtitur, eam de grauio- „ribus et quibuscum notabile occurrit praejudicium „vſurpat, non ad ſolas corporales reſtringit. Gloſſa „ad art. 17. Weichbildi plena eſt naeniarum, vt „mirum, quomodo illa quosdam detinere potuerit. „Ad extremum, quam vox: Pein ſuppeditat, notio, „praeeunte Gloſſatore, non tam clara eſt, quia illa „praeter dolorem omne id, quo alicui aegre fit,

„com-

„comprehendere, excipi poſſit. Ipſa Gloſſa enim „variat, dum ad I. P. S. Lib. 1. art. 59. §. 3. in haec „verba erumpit: Ged aber die Klage uff pyne, das is „an Lib adir an ehre, ſo muſs ſie ein Ober Richter „richten. Atqui Judex ſuperior ſolas criminales „poenas imponebat, quibus tamen infamia hic certe „accenſetur. Neque aliter *Carolina* art. 104. cujus „ſanctio tamdiu auctoritatem habet, donec ſtrictior „ſignificatus ex legibus probetur. Vnde mea qui„dem ſententia peinlich idem eſt quod latini *crimi-* „*nale* vocant, ſeu quod publicam talemque ſatis„factionem continet, ob quam non ſola actio ciuilis „priuata, aut quae huic non multo diſſimilis, *ſum-* „*maria* ſed *ſolennis* inquiſitio vel accuſatio cohaeret. „Equidem majoribus criminale audiebat, quod vel „membrorum *ademtionem* concernebat, vt ex Legi„bus *Normannicis* probat Puffendorff de jurisd. Germ. „p. 2. ſ. 2. §. 19. ſed hoc nihil cum corporali poena „commune habebat, imo potius poena, *quam virgae* „*mollicie ſubeunt delinquentes* diſerte criminali contra „diſtinguitur in LL. Norm. P. I. C. 36. §. 7. Denique „appellatio *zu Haut und Haar*, quam ipſe Gloſſator „de fuſtigatione interpretatur ad art. 30. jur. municip.

„Magdebur. ad cauſas minores et cognitionem ciui-
„lem judicis minoris, ſeu Gograuii in villanis electi,
„non ejus qui *banno* regio inueſtitus, pertinebat.
„I. P. S. l. 11. art. 13. I. P. A. C. 83. l. 74. §. 11. ed.
„Schilt. Conſtat ergo Autoris interpretationem ex
„omni parte vacillare, et nec ſtylo veteri, nec recen-
„tiori conuenire, adeoque ſatius eſſe, vt in eo juris
„Germanici ſignificatu ſubſiſtamus, quem ipſa Caro-
„lina per omnes articulos ſeruauit.

## §. 13.

### Cum Epicrisi.

Ex verbis adductis intelligitur notio, qua cauſae poenaeque *criminales* judice Böhmero diſtinguuntur a *ciuilibus*. Nimirum inter illas refert, quae poena, majus aliquod atque *notabile praejudicium* inferente eaque *publica*, vindicantur. Atque *in genere* quidem aſſenſum V. C. praebemus, quando majus aliquod praejudicium imminere ſtatuit poenam criminalem ſubituro; in hoc viciſſim diuortium ab eo facturi, quod vel hoc ſolo caractere diſtingui poenas criminales a ciuilibus, praeſenti rerum germanicarum ſtatui atque adeo menti Carolinae congruere putet.

Quem-

Quemadmodum vero hujus diuortii cauſas deinceps proferemus, ita nunc addere liceat, *Leyſerianam* opinionem, quam refutantem audiuimus Böhmervm, hoc recte monente, toti contradicere *Carolinae*, in qua quippe non *poenae corporales* ſolum, ſed aliae quoque vocantur peinliche Strafen, ita vt generalis harum vocum ſignificatio ad illas eo minus ſit reſtringenda, quo clariora ſint quae prope finem articuli 104. leguntur verba: Aber ſonderlich iſt zu mercken, inn was ſachen (oder derſelben gleichen) unſer Keyſerlich Recht keinerley peinlicher Straff am Leben, ehren, Leib oder Gliedern ſetzen oder verhengen, daß Richter und Urtheyler darwieder auch niemand zum Todt oder ſunſt peinlich ſtraffen: Quodſi enim ea vocis vis audiat *propria*, quae obtinet, ex verbis Auguſtiſſimi Legislatoris vero ſatis, quae hodie obtinere debeat, intelligatur: fruſtra profecto de alia quae olim forſan voci peinlich adhaeſit ſignificatione ſolliciti erimus, cum, quod harum rerum periti non ignorant, verborum valor, ad inſtar nummorum variis ſit obnoxius mutationibus (18). Quod dum vrge-

(18) Non poſſumus quin dicta confirmemus verbis Cl. Ernesti, qui *in Inſtitutione interpretis* N. T. p. 16. §. 5. Ver-

vrgemus atque defendimus, inſimul obſeruare nobis liceat, repudiata illa diſtinctione inter ſignificatum vocis **peinlich** proprium et improprium, quam C. C. C. non admittit, aliam in *generalem* et *ſpecialem* huic aeque ac caeteris conſtitutionibus imperii conuenire neque tamen cum illa eſſe confundendam. Qui enim loca, quae infra dabimus (19), curate inſpexerit, nullo

Verborum, ait, diuerſa et multiplex ratio eſt. Nam primum in quibusdam ita *prima* et ſubtiliter accepto verbo propria ſignificatio obſoleuit et a multo tempore deſiit vſurpari. In quibus planum eſt, alteram quae olim *tropica* videri potuit, *propriam* factam eſſe: quod maxime locum habet in nominibus rerum: multaque adeo ſunt vocabula, quae propriam ſignificationem, i. e. eam, quam ab initio habuere aut per etymologiam habere debuerunt, nunquam habent, vnde eam quam obtinent vim, *propriam dicere nemo dubitet.*

(19) Vid. Reform. polit. de 1530. art. 1. §. 2. verbis: Und ob die zum drittenmal mit ſolcher Gottesläſterung verbrechen, alsdann ſollen ſie an ihrem **Leben**, oder Benehmung etlicher ihrer **Glieder**, wie ſich das nach Gelegenheit ſolcher geübter Gottesläſterung und Ordnung der Rechte eignet und gebührt, **peinlich geſtraft werden.** Quibuscum conueniunt verba §. 5. Und ſo ſolche obgemeldte Gottesläſterung durch jemands, wes Standes der wäre, Hohes oder Niedern, der darum zu gemeldter gebührender Leib- oder Todesſtrafe nicht bracht werden möcht, derſelb, ſo er des mit Recht überwunden, ſoll darum ehrlos ſeyn, und von männiglich dafür gehalten, oder dann auch daraus als **Ehrloß** geſcholten werden

nullſo negotio animaduertet, eas poenas ex ſtilo imperii, in ſenſu *ſpeciali* vocandas eſſe **peinlich**, quibus vel vita, vel membris quis priuatur; in *generali*, alias quoque poenas eſſe intelligendas. Jam ſi quis ſenſum illum ſpecialem pro primitiuo habere atque adeo vrgere velit, proprium eundem *olim* habitum fuiſſe, non admodum refragabimur; hoc viciſſim ipſum nobis daturum ſperantes, *generalem hodie* ex mente Carolinae pro proprio eſſe habendum.

## §. 14.
## ATQVE ADDITO NOVO QVODAM ARGVMENTO ET PROPOSITA DISTINCTIONE INTER *POENAS CIVILES* ET *CRIMINALES*.

His praemiſſis praecipuum illud proponamus argumentum, quo conuelli poteſt eorum opinio, quos

werden mag. Und dannoch nichts deſto minder, wo es beſtehen kan, **peinlich**, wie obſteht, am **Leben** oder **Gliedern** nach Geſtalt ſeiner Verwürckung geſtraft werden. En vocis ſignificatum *ſpecialem!* In ſenſu *generali* vox peinlich quoque applicatur ad publicationem *bonorum* in reform. polit. de anno 1548. art. 18. §. 2. verbis: Welche aber hierwieder ſolches thun würden, dero Haab und Güter ſollen confiſcirt, und der Obrigkeit jeglichs Orts, ſo **peinliche** Straff der Ende hat, verfallen ſeyn. Atque probe obſeruent rogamus lectores, alteram harum Conſtitutionum *ante*, alteram *poſt* promulgationem Carolinae editam fuiſſe.

quos ſignificatum vocis peinlich plus juſto reſtringere obſeruauimus. Scilicet ipſa C. C. C. nobis hoc ſuppeditat diſtinguendo inter poenas *criminales* et *ciuiles*, peinlichen und bürgerlichen Strafen. Primum hoc diſcrimen occurrit in art. 138. vbi *Auguſtiſſimus Legislator*, praemiſſa inſcriptione: „von unlaugba„ren Todſchlegen, die aus ſolchen Urſachen geſchehen, „ſo Entſchuldigung der Straf auf Jnen tragen: conſtituit: „Item es geſchehen je zu Zeiten entleibung, „und werden doch die jhenen, ſo ſolch entleibung thun, „aus guten Urſachen als etlich alleyn von peinlicher „und bürgerlicher ſtraf entſchuldigt u. ſ. w. — (20). Idem diſcrimen ejusque fundamentum habet articulus 157. cum art. 158. omnino conferendus atque ex eo explicandus. „Item, ſunt verba art. 157. ſo einer „erſtlich geſtolen hat under fünf Gulden werth, und „der Dieb mit ſolchem Diebſtall, ehe er damit inn ſein „Gewarſam kompt, nit beſchrien, berüchtigt oder „betretten würd, auch zum Diebſtall nit geſtigen, „oder gebrochen hat, vnd der Diebſtall vnder fünff „Gulden werth, iſt eyn heymlicher vnd geringer Dieb„ſtall,

(20) Conf. ad h. a. Interpretes quaeque hi circa vocem allein monuerunt, quae vero hujus loci non ſunt.

„ſtall, vnd wann ſolches Diebſtall nochmals erfaren
„wirdet, vnd der Dieb mit oder on Diebſtall einkompt,
„ſo ſoll jn der Richter darzu halten, ſo es anders der
„Dieb vermag, dem Beſchedigten den Diebſtall mit
„der Zwiſpil zu bezahlen. Wo aber der Dieb kein ſolche
„Geltbuß vermag, ſoll er mit dem Kerker, darinn er
„etliche Zeit lang ligen, geſtraft werden. Vnd ſo der
„Dieb nit mer vermag, oder zuwegen bringen kan, ſo
„ſoll er doch zum wenigſten dem Beſchedigten den
„Diebſtall wieder geben, oder noch eynfach werth be=
„zahlen, oder vergleichen, vnd ſoll der Beſchedigt mit
„derſelben eynfachen Vergleichung des Diebſtalls (aber
„mit der übermaß nit) der Oberkeyt Geltbuß vorgehn.
„Doch ſoll der Dieb zum Auslaßen ſein Atzung, ſo
„er inn der gefaencknuß gemacht hat, auch zu bezalen
„ſchuldig ſein, vnd den Bütteln (ob er es hat) jrn
„gewonlichen gebüre für jr müh vnd fleiß entrichten,
„und zu dem allen, nach der beſten Form, vmb enthal=
„tung willen des gemeynen Frides ewige vrhede thun.

Sequitur artic. 158.

### Vom erſten offentlichen Dibſtall, damit der Dieb beſchriben wird, iſt ſchwerer.

„Item ſo aber der Dieb mit gemeldtem erſten Diebſtall,

 „der

„der vnder fünff Gülden werth iſt, ehe vnnd er an ſein
„gewarſam kompt, betretten würd, oder eyn Geſchrey
„oder Nachtheyl machte, vnnd doch zum Diebſtall nit
„gebrochen oder geſtiegen hat, iſt eyn offner Diebſtall,
„und beſchwerdt in die gemelt auffrur und Berüchti-
„gung die that alſo, daß der Dieb inn Branger geſtellt,
„mit ruthen ausgehawen vnd das Land verbotten,
„vnd vor allen Dingen dem Beſchedigten der Diebſtall
„oder der Werth dafür, ſo es inn des Diebs Vermö-
„gen iſt, wiederumb werden, und ſoll zu dem allen inn
„der beſten Form ewige Vrphede thun. Wer aber der
„Dieb ein ſolch anſehnliche perſon, dabey ſich Beſſe-
„rung zu uerhoffen, mag jn der richter (jedoch on
„der Oberkeyt zulaßen vnd verwilligung nit) bürgerlich
„und allſo ſtraffen, daß er dem Beſchedigten den Dieb-
„ſtall vierfaltig bezalen, vnd ſunſt allenthalben gehal-
„ten werden ſoll, als oben im nechſten artickel von
„heimlichem Diebſtall geſetzt iſt.

Quemadmodum vero ex ipſis poſterioris articuli verbis apparet, diſtinxiſſe *Auguſtiſſimum Legislatorem* inter poenas *criminales* et *ciuiles*: ita dubitare non licet, quin eandem diſtinctionem reapſe tradat *prior* articulus. Etiamſi enim de mulcta tanquam

*poena*

*poena ciuili* diſerte textus non praecipiat „opus ta-
„men eſt, ſunt verba Kressii ad h. a., mulctam
„hanc praeſupponere. Nam mentio fit in textu
„concurſus mulctae et dupli actori ſoluendi, atque
„mulctae praeferentia tribuitur, niſi quatenus huic
„duplo actori ſoluendo ſimplex rei pretium ineſt,
„verbis: der Beſchedigte ſoll mit der Vergleichung
„(ſiue ſimplici rei pretio) nicht aber mit der Uber-
„maße (ſiue integro duplo) der Obrigkeit Geldbuß
„vorgehen. Accedit quod in antecedentibus dicatur:
„Wo aber der Dieb keine Geldbuße u. ſ. w. ſoll er mit
„dem Kerker u. ſ. w. vt, ſi non habeat in aere mul-
„ctam, ſentiat in corpore *carcerem*. Imo in projecto
„de anno 1521. mulcta et carcer plane conjunguntur
„verbis jam ſupra expreſſis: Der Richter mag von der
„Obrigkeit wegen auch als viel von dem Diebe nehmen,
„als er den Beſchedigten giebt, und ſoll der Richter
„dazu den Dieb im Kerker an den Leibe ſtraffen, und
„nachfolgend des Landes verweiſen. Hactenus Kres-
sivs (21), ex cujus obſeruatione quam Textibus

 inter

(21) Conf. *ejusdem* commentationem ſuccinctam in Conſtit. crim. Carol. p. 553. n. 8. Conſentit B. Böhmervs in meditation. in Conſt. crim. Carol. p. 738.

inter ſe collatis apprime conuenire infitias iuerit nemo, porro colligere licet, plus cogitaſſe, minus diſtincte locutum fuiſſe *Auguſtiſſimum Legislatorem*. Sicuti enim in propatulo eſt, furtum paſſo ſoluendum duplum diſtinguendum eſſe a *mulcta*, de qua in ſequenti periodo ſermo fit: ita quoque, vel me non monente, patet, duplum illud et mulctam a magiſtratu *ciuili* cui vel ideo judex *criminalis* in poſteriori articulo contradiſtinguitur eſſe exigendam, neque *hunc nonniſi illo conſentiente* eandem exigere potuiſſe; quo fit, vt pro *ciuili*, quod nomen quoque in art. 158. haud obſcure prae ſe fert, merito habeatur.

Denique ejusdem diſcriminis veſtigium reperitur in art. 167. cujus verba ſonant: Item wer bey nächtlicher weil jemandt ſein Frücht oder auf dem Feld ſein Nutzung, wie das alles Namen hat, heymlicher und geverlicher weiß nimpt, und die hinweg trägt oder füret, das iſt auch eyn Diebſtall, und wie ander Diebſtall vorgemelter Maß zu ſtraffen, desgleichen wo eyner bey tag jemandts an berürten ſeinen Früchten, die er heymlich nem und hinweg trug groſen mercklichen und geverlichen ſchaden thet, iſt auch, wie obſteht, für eyn Diebſtall zu ſtraffen. Wo aber jemandt bey tag eßendt Frücht

Frücht nem, und damit durch wegtragen derſelben nit groſen geverlichen ſchaden thett, der iſt nach Gelegenheyt der Perſonen und der ſach, bürgerlich zu ſtraffen, wie an demſelben ende, da der ſchad geſchicht, durch Gewonheit oder Geſetz herkommen.

## §. 15.
## CVJVS INDOLEM ATQVE NATVRAM EX IPSA Carolina JVNCTIS ALIIS ADMINICVLIS CVRATIVS ERVENDAM ESSE MONETVR.

Demonſtrauimus ipſam diſtinctionem inter poenas *ciuiles* et *criminales Conſtitutioni Carolinae* inniti. Itaque porro indagemus indolem ejus atque rationem, et videamus poſſitne eam nos edocere curatior *Carolinae* meditatio, junctis aliis adminiculis, quae cum, eodem, quo Illa, prodierint aeuo, ceu teſtes fide digni adjuuent atque confirment illius interpretationem.

## § 16.
## INTER ADMINICVLA PRIMVM LOCVM OBTINET CONSTITVTIO CRIMINALIS Bambergensis.

Quem cum aggredimur laborem, nemini non primo quidem loco in mentem veniet Conſtitutio cri-

mi-

minalis *Bambergenſis* a Joanne L. B. a *Schwartzenberg* concepta atque ab Epiſcopo *Georgio* ex pincernis de *Limburg* promulgata atque Moguntiae 1508. impreſſa. Equidem non ignoro dubia, quibus labefactare voluit KRESSIVS eorum ſententiam, qui hanc *Bambergenſem Carolinae* matrem eſſe arbitrantur(22); ſed abunde KRESSIO ſatisfecit Cl. HORIX(23), ad quem breuitatis cauſſa eo lubentius ablegamus lectores, quo magis ipſe probauit eruditis quam defendere ſuſcepit ſententiam, aperiendo ſimul fontem erroris, in quem praeeunte tabulario Moguntino inciderat KRESSIVS confundens ordinationem judiciariam Gueſtphalicam de anno 1495. cum conſtitutione criminali imperii (24). Quae cum ita ſint, firmo, vt ajunt, pede nos inceſſuros ſperamus, ſi *Bambergenſem* ſecuti fuerimus *Ducem*, confirmaturi atque interpretaturi diſtinctionem inter poenas *ciuiles* et *criminales*, quam ex *Carolina* vixdum didicimus. Sunt autem articuli, qui diſtinctionem illam tradunt,

fere

(22) Conf. KRESSIVM l. c. in praefat. §. 19. ſeqq.

(23) Conf. Wahre Veranlaſſung der Peinlichen Halß-Gerichts-Ordnung Kayſer Carls des 5ten, womit ſeine Juriſtiſchen Vorleſungen ankündigt Johann Horix. Maynz 1757.

(24) Conf. Cl. HORIX l. c. §. 8.

fere ſequentes: art. 19, 20, 163, 168., 183 et 184, 193, 194, 226, quos inter infra allegandos prae aliis dignos exiſtimauimus, quos cum lectore beneuolo communicaremus (25).

§. 17.

(25) **Hienach volgen Etlich Artickel von Diebſtal vom erſten vnd allerſchlechteſten heimlichen Diebſtal** Item ſo eyner erſtlich geſtollen hat vndter fünf Gulden wert, vnd der Dieb mit ſolchem Diebſtal, ee er damit an ſein gewarſam kumpt, nit beſchryen, berůchtig oder betretten wůrd, auch zum Diebſtal nit geſtiegen oder gebrochen hat, vnd der Diebſtal nit fünf Gůlden oder darůber wert, iſt eyn heymlicher vnd geringer Diebſtal, vnd wenn ſolcher Diebſtal nachmals erfaren wůrt, vnd der Dieb mit oder on Diebſtal jnkommet, So ſoll jn vnſer Richter dazu halten (ſo es anders der Dieb vermag) dem Beſchedigten den Diebſtal mit der Zwiſpelt zu bezalen, **vnd mag vnſer Richter an vnſer ſtatt, auch als vil vom Dieb nemen, als er dem Beſchedigten gibt,** und ſoll vnſer Richter darzu den Dieb im Kerker an dem Leyb ſtraffen, vnd nachuolgen des Lands verweiſen lang oder kurz, alles nach Gelegenheit der Perſon vnd Sachen; wo aber der Dieb keyn ſolche geltbuß vermag, **Soll er deſter herter im Kerker am Leyb** geſtraft werden, vnd ſo der Dieb nit mer vermag, oder zuwege bringen kan, ſo ſoll er doch zum wenigſten dem Beſchedigten den Diebſtal, oder nach einfachen Werdt bezalen oder vergleichen, vnd ſol der Beſchedigt mit derſelben einfachen Vergleichung des Diebſtals (aber mit der Vbermaß nit) vnſer obgemelten **Geltbuß** vorgeen, doch ſoll der Dieb im Außlaſſen ſeyn Atzung, ſo er in der gefencknůß gemacht hat, auch zu bezalen ſchuldig ſein, vnd den Bůtteln (ob er es hat) eynen Gulden für ir můhe vnd fleiß geben, vnd zu dem allen nach der beſten Form ewig

vhruehde

## §. 17.
## DEINDE BRANDENBVRGENSIS.

*Bambergenſem* ſequitur *Brandenburgenſis*, Schwartzenbergio itidem ſuaſore publicata atque impreſſa *Norimbergae* 1516. Haec autem diſtinctionis inter poenas *ciuiles* et *criminales* mentionem facit art. 17, 18, 170, 185, 186, 195, quos inter ſcopo noſtro maxime quidem inſeruiunt art. 185 et 186 *Bambergenſi* vero adeo conformes, vt paginarum anguſtia et

vhruehde tun, von Sicherheit vnd Enthaltung wegen eyns gemeynen Frides.

**Vom erſten offentlichen Diebſtal: domit der Dieb beſchryen wårt, iſt ſchwerer**

Item ſo aber der Dieb mit gemeltem erſten Diebſtal, der vnder fünf Gulden wert iſt (ee vnd er an ſeyn gewarſam kumpt) betretten würd, oder ein Geſchrey, nachtheyl oder auffrur macht, vnd doch zum Diebſtal nit gebrochen oder geſtigen hat, iſt ein offener Diebſtal, und beſchwerdt jm die gemeldt Auffrur oder Berüchtigung der tat alſo, daß der Dieb in Branger geſtellt, mit Ruten außgehawen, vnd das Land verbotten werden ſolle, vnd ſoll zu dem allen in der beſten Form ewige Vruhehde tun, Wer aber der Dieb eyn erlich perſon, dabey Beſſerung zu hoffen were, mag jn der Richter (yedoch on vnſer Weltlichen Hoffrete zulaſſung vnd verwilligung nit) **Burgerlich** vnd alſo ſtraffen, **das** er dem Beſchedigten den Diebſtal **vierfeltig bezalen, dem Richter auch als vil geben**, vnd ſunſt allenthalben gehalten werden ſoll, als oben im nechſten Artickel von heimlichen Diebſtal geſetzt iſt.

et repetitionis taedium impediat, quo minus ipſa eorum verba cum Lectoribus infra commmunicemus.

§. 18.
## ATQVE PHILIPPINA.

Tandem in ſcenam prodeat, quae anno 1535. poſt illas promulgata fuit *Philippina*, qua Haſſorum commodis proſpexit SERENISSIMVS LEGISLATOR. Itaque haec etiam, non multo poſt *Carolinam* edita, tradit diſtinctionem noſtram art. 107 et 108, 113, 117. (26).

§. 19.

(26) Articuli 107 et 108 ſic ſonant:

**Hernach volgen etliche Artickel vom Diebſtal**

**zum erſten vom allerſchlechtigſten heymlichen Diebſtal.**

Jtem ſo eyner erſtlich geſtolen hat vnder fünff Gülden Werth, vnd der Dieb mit ſolchem Diebſtal, ehe er damit in ſein gewarſam kompt, nit beſchriehen, berüchtigt, oder betretten würt, auch zum Diebſtal nit geſtiegen, oder gebrochen hat, vnd der Diebſtal vnder fünff Gülden werth, iſt eyn heymlicher vnd geringer Diebſtal, vnd wann ſolcher Diebſtal nachmals erfarn wirdet, vnd der Dieb mit oder on Diebſtal einkompt, ſo ſol jn der richter darzu halten, ſo es anders der Dieb vermag, dem Beſchedigten den Diebſtal duppel zu bezalen, **vnd der Oberkeyt die Buß, oder ſo vil der Diebſtal werth iſt, geben, welches die Oberkeyt will.** Wo aber der Dieb keyn ſolche geltbuß vermag, ſoll er mit dem Kerker, darinne er etliche zeit lang ligen ſoll, geſtrafft werden. Und ſo der Dieb nit mehr vermag, oder zuwegen

## §. 19.

## DENIQVE QVOS VOCANT Recessvs Imperii.

Quum aliae, quae eodem aeuo prodiere Sanctiones imperii ad explicandam *Carolinam* apprime facere vel

gen bringen kan, ſo ſoll er doch zum wenigſten dem Beſchedigten den Diebſtal wieder geben, oder nach eynfach werth bezalen, oder vergleichen. Doch, ſoll der Dieb imm Außlaſſen ſein Atzung, ſo er in der Gefengknuß gemacht hat, auch zu bezalen ſchuldig ſeyn, vnd den Bütteln (ob er es hat) jrn gewonlichen Gebüre für jr mühe vnd fleiß entrichten, vnd zu dem allen nach der beſten Form um enthaltung willen des gemeynen Friedes ewige vrphede thun.

**Vom erſten offentlichen Diebſtall, damit der Dieb beſchriehen wirt, iſt ſchwerer.**

Item ſo aber der Dieb mit gemeltem erſten Diebſtall, der vnder fünff Gülden werth iſt, ehe vnd er an ſein gewarſame kompt, betretten wirt, oder ein Geſchrey oder Nachtheyl macht, vnd doch zum Diebſtal nit gebrochen, oder geſtiegen hat, iſt eyn offner Diebſtall, und beſchwert jn die gemelt aufrur, vnd berüchtigung der that alſo, daß der Dieb in Branger geſtelt, mit Rutten außgehawen vnd das land verbotten, vnd vor allen Dingen dem Beſchedigten der Diebſtall, oder der Werth darvör, ſo es in des Diebs Vermögen iſt, wiederumb werden, vnd ſoll zu dem allen imn der beſten Form ewige Vrphede thun, Were aber der Dieb eyn ſolch anſehnliche perſon, dabey ſich Beſſerung zu verhoffen, mag in der Richter (jedoch on der Oberkeyt zulaſſen vnd verwilligung nit) **bürgerlich** vnd alſo ſtrafen, daß er dem Beſchedigten den Diebſtal vierfeltig bezalen, vnd ſonſt allenthalben gehalten werden ſoll, als oben im nechſten Artickel vom heymlichen Diebſtal geſetzt iſt.

vel me non monente quiuis intelligat, euoluentibus earum collectionem nonnulla deprehendere licuit loca infra adducenda atque confirmandae et explicandae diſtinctioni inter poenas *criminales* et *ciuiles* inſeruitura (27). Etenim *Magiſtratus ciuilis* atque *criminalis* mentionem faciunt et curate ſatis regunt fines, quibus diſtinguuntur a ſe inuicem poenae *criminales* et *ciuiles*, inter has tantum referentes illud poenarum genus, quod in *carcere temporario mulcta*que conſiſtit.

§. 20.

(27) Conf. ordinat. et reform. polit. de anno 1530. tit. 1. §. 2. ibique verba: durch die Oberkeit des Orts, da ſolches (intellige blaſphemiam immediatam) erſtlich **vierzehn Tag mit Waſſer und Brod in Thurn geſtraft.** Wo aber der oder dieſelbe zum andern mahl in ſolcher Läſterung übertretten, daß der oder die **an ihrem Gut**, nach geſtalt der Uberführung geſtrafft, welche Straff auf Haußarme Leut, oder arme Jungfrauen zu ehelicher Ausſteuer gewendet werden ſoll. Und ob die zum dritten mal mit ſolcher Gottesläſterung **verbrochen**, alsdann ſollen ſie an ihrem **Leben**, oder **benehmung** etlicher ihrer Glieder, wie ſich das nach gelegenheit ſolcher geübter Gottesläſterung und Ordnung der Rechte eignet und gebührt, **peinlich geſtrafft werden.** Tit. 2. Item, wo jemands ſchmählich ohn Mittel wieder die Mutter Chriſti unſers Seeligmachers redet, oder die lieben Heiligen freventlich läſtert, der oder dieſelben ſollen darum an **Leib** oder **Gut** nach Gelegenheit und Geſtalt ſolcher freventlicher Läſterung, durch **dieſelbe Oberkeit**, der das **gebührt**, geſtrafft:

## §. 20.

## EX QVIBVS JVNCTA CAROLINA SATIS INTELLIGITVR DIVERSA-POENARVM CRIMINALIVM ET CIVILIVM INDOLES, QVAE INCIPIENDO A CRIMINALIBVS CVRATIVS EXPLICANDA ERIT.

In quo cum manifeſto conformes deprehendantur *Carolinae*, tuto jam aſſerere nobis licebit, ad quaeſtionem: quaenam poena ex hujus mente pro criminali vel ciuili ſit habenda? non *negatiue* ſolum, ſed etiam *poſitiue* reſponderi poſſe. Nimirum omnes poenae pecuniariae et quae in carcere temporario conſi-

ſtrafft: Nec obſtat, quod poenae corporalis, de ciuili loquentes, mentionem faciant verba adducta, cum inter corporales, carceris poena quoque ſit referenda. Conf. §. 23. D. Sequitur Tit. 24. §. 1. verbis: Und wollen darauf, als oft ein **Bürger**, **Handwercker**, oder **Bauersmann**, oder dergleichen ledige **Geſellen** und **Perſonen**, einheimiſch und fremde obgemeldter **Gottesſchwür einen** thut, daß derſelbig mit dem **Thurn** oder ſonſt ein.r **Geldbuß**, nach Geſtalt und Gelegenheit ſeiner Uberführung ernſtlich **geſtrafft** werden ſoll. Quibuscum convenit Reform. polit. de 1548. tit. I, II, et III. Adde tit. 14. §. 7. verbis: ſoll eine jede Obrigkeit dieſelben bey Verliehrung des Kleids oder Kleinods, ſo wieder dieſe Ordnung getragen, darzu einer Geldbuß, ſo zweyfach als viel, als das Kleyd oder Kleynod werth, der **Obrigkeit**, deren der **bürgerliche** Gerichtszwang des Orts zuſteht, zu werden, ſtrafſen.

conſiſtunt, pro *ciuilibus* habendae ſunt ex mente *Carolinae;* criminales contra, quae in jactura *vitae*, *membrorum ademtione*, *corporis afflictione*, *honoris* atque *bonorum* priuatione conſiſtunt. Itaque a criminalibus incipiamus, haud difficulter poſtea intellecturi, quales poenae ex mente Carolinae pro *ciuilibus* ſint habendae.

§. 21.

ITAQVE PRIMO LOCO BREVITER AGITVR DE VITAE JACTVRA.

*Primum* locum inter poenas criminales *vitae jacturam* obtinere in dubium nullum facile vocaturum arbitramur, qui vel fugitiuis, vt ajunt, oculis *Carolinam* perluſtrauerit. Atque ſatis ſuperque demonſtrauit Cl. PVFFENDORFIVS (28) hoc poenae genus non a *judice ciuili* qua tali, ſed ab eo ſolo, cui *bannum ſanguinis* conceſſum, infligi potuiſſe. Quod cum ceu notum hic ſupponimus, addere tantummodo liceat loca ex *Carolina*, quae hujus poenae generis tanquam criminalis expreſſam faciunt mentionem. Sunt autem art. 1, 94, 104, 110, 160, 164 et 178.

§. 22.

(28) Conf. *ejuſdem* librum de jurisdict. german. p. 148 ſeqq.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764208-p0051-1

## §. 22.

### SECVNDO DE MEMBRORVM ADEMTIONE.

Sequuntur poenae quibus corpus debilitatur, quod membrorum ademtione vel laeſione fieri ſolet. Harum mentionem faciunt art. 104 et 178, docetque inſcriptio prioris articuli (29) non ſolum, ſed et ipſa ejus verba totaque orationis ſeries, loqui AVGVSTISSIMVM LEGISLATOREM de poenis criminalibus. Atque de hoc eo minus dubitandum, quo certius eſt, a majoribus noſtris inter eas poenas corporales relatam eſſe corporis debilitationem, quas *criminales* vocaſſe eosdem commonſtrauit Cl. PVFFENDORFFIVS (30) atque fuſius oſtendetur paragrapho ſequente

## §. 23.

### TERTIO DE POENIS CORPORALIBVS.

Quod enim ad ipſas poenas *corporales*, quales memorant art. 1, 14, 104, 107, 110, 111, 113, 114, 135, 159, 160, 161, 164, 169, 178, 196, in *genere* attinet, ſatis ſuperque docent teſtimonia a PVFFENDORFFIO in medium prolata, ſeparaſſe quidem majores

jores

(29) Eyn Vorrede, ſunt inſcriptionis verba, wie man Mißthatt peinlich ſtraffen ſoll.

(30) Conf. p. 152. ſeqq.

jores noſtros ab ipſo corpore cutem et crines et illud demum, quod vltra cutem et crines in ipſo corpore ejusque ſubſtantia contigit, inter ea, quae corpori acciderint, retuliſſe: hodie vero, cum eodem monente *V. C.* mutata ſit fuſtium poena in aliud longe durius poenae genus, hactenus regulam illam ad noſtram aetatem vix applicari poſſe (31). Quo fit vt fuſtigationis inter poenas corporales expreſſam faciat mentionem art. 113. (32). *Deinde* obſeruent velim Lectores, illud quoque poenae genus, quod in membrorum ademtione conſiſtit, huc referendum eſſe, teſtibus articulis 113 et 159 (33). *Tertio* haud igno-

(31) Conf. p. 172. §. 40.

(32) En verba h. a.

**Straff der Fälſcher mit Maß, Wag vnnd Kaufmanſchaft.**

Item welcher böߧlicher vnnd geuerlicher weiß, Maß, Wag, Gewicht, Specerey, oder ander Kaufmanſchafft fälſcht, vnd die für gerecht gebraucht vnd außgibt, der ſoll zu peinlicher ſtraff angenommen, jm das land verbotten, oder an ſeinem leib als mit ruten außgehawen oder dergleichen, nach gelegenheyt vnd geſtalt der überfarung, geſtrafft werden, vnnd es möcht ſolcher falſch alß oft gröߧlich vnd boßhafftig geſchehen, daß der Thätter zum todt geſtrafft werden ſoll, alles nach radt wie zu ende dieſer vnſer Ordnung vermeldet.

(33) Art. 159.

**Von erſten geuerlichen Diebſtalen durch einſteigen**

ignorare licet, *carcerem* pro *poena corporali* haberi a *Bambergenſi* atque nonnullis *Imperii Conſtitutionibus*, adeo vt *temporarius* quidem inter *ciuiles*, *perpetuus* vero inter *criminales* numeretur. *Hic* enim, ſunt verba PVFFENDORFFII, cum libertatem naturalem adimit, poenae corporalis nomine merito comprehenditur et decerni a judice criminali demum poteſt (34). Quibus praemiſſis facile eſt ad intelligendum, quasnam poenas corporales ex *mente Carolinae* pro *criminalibus* haberi liceat. Itaque primo huc referemus loco 1) fuſtigationem, de qua audia-

mus

**ſteigen oder brechen, iſt noch ſchwerer.**

Item ſo aber eyn Dieb inn vorgemeltem ſtelen, jemandts bey tag oder nacht inn ſein Behauſung oder **Behaltung bricht** oder **ſteigt**, oder **mit Waffen**, damit er jemandt, der jm Widerſtandt thun wolt, verletzen möcht, zum ſtelen **eingeht**, ſolchs ſei der **erſt** oder **mer** Diebſtall, auch der Diebſtall **groß** oder **kleyn**, darob oder darnach berüchtigt oder **betretten**, ſo iſt doch der Diebſtall darzu, als obſteht, gebrochen oder geſtiegen wirdt, eyn **geflißener geuerlicher** Diebſtall. So iſt inn dem Diebſtall, der mit Waffen geſchicht, eyner vergewaltigung vnd verletzung zu beſorgen. Darum inn dieſem Fall, der Mann mit dem **ſtrang**, vnnd das Weib mit dem **Waſſer**, oder ſunſt nach Gelegenheit der Perſonen, vnnd ermeſſung des richters, **inn ander weg**, mit **außſtechung der augen** oder abhawung eyner Handt, oder eyner andern dergleichen ſchweren leibſtraff geſtrafft werden ſoll.

(34) Conf. librum ejus ſingularem de jurisdict. germ. p. 234. §. 87.

mus Cl. Kochivm, qui articulo 198 duce, „ fuſti-
„gatio, ait, a carnifice virgis hodie fit, et ſemper
„cum relegatione, licet haec nominatim dictata non
„ſit, aut temporali, aut plerumque perpetua, con-
„juncta eſt (35). Hactenus Kochivs. Ipſa vero
articuli verba haec ſunt: Offentlich inn Branger geſtellt, und further mit ruthen ausgehauen, auch des Landts biß auf kundlich erlaubung der Oberhand verweiſt werden ſoll. In hunc numerum 2) referenda *membrorum ademtio*, quam inter corporales referri aliquando vidimus §. praeced. *Tertium* denique locum hic occupat *carcer perpetuus*.

## §. 24.

## QVARTO DE Famae et Honoris Jactvra.

In cenſum poenarum criminalium *Carolina* quoque refert famae et honorum omnium priuationem art. 104 et 110. Appoſite igitur Pvffendorffivs „vt, ait, bonorum omnium confiſcatio ita propter „magnitudinem poenae, famae et honorum omnium „priuatio a judice alto decerni demum poteſt. Vulgo „jactatur, vitam et famam pari paſſu ambulare. Vnde

 „vel

(35) Conf. *ejuſdem* Inſtitutiones juris criminalis p. 89. §. 127.

„vel ex vulgari aeſtimatione ignominiae irrogatio „corporali poenae eſt aequalis. Sed et Carolus V. „Imperator in Conſtitutione criminali hanc crimina-„lem poenam vocat art. 110: daß der Geſchmächt „an ſeinem Leib, Leben, oder Ehren peinlich geſtraft „werden möchte. Item art. 104: Aber ſonderlich iſt „zu mercken, in was Sachen, oder derſelben gleichen „Unſer Kayſerlich Recht keinerley peinliche Straff am „Leben, Ehren, Leib, oder Gliedern ſetzen, oder ver-„hengen, das Richter und Urtheiler darwieder auch „niemand zum Tod oder ſonſt peinlich ſtraffen.“ Quae verba conficiunt, honoris priuationem vel ignominiam irrogatam corporali poenae aequalem haberi. Idem ex relatis verbis ideo conuincitur, quod peinliche Straffe dicitur. Gloſſator ad jus prouinc. Saxon. L. 1. art. 69. §. 3. apud SCHILTERVM exercit. 49. ad $\pi$. x. n. 63. Ged aber dy Clage uff *Pyne* das ist an *Lip adir an Ere* ſo muſs Sie ein Obirrichter richten (36).

§. 25.

QVINTO DE PVBLICATIONE BONORVM.

Supereſt *bonorum confiſcatio*, quam inter criminales poenas referunt art. 111 et 135, adeo, vt mirari ſatis

(36) Libro laudatiſſimo de j. g. p. 193. §. 17.

ſatis non poſſim, qui factum, vt vocem germanicam: Gut, qua vtitur *Auguſtiſſimus Legislator* pro mulcta pecuniaria habuerit B. BÖHMERVS ad art. 111. verbis: „Neque aliud frequens locutio: an Leib oder „Guth inuoluit, quae nil niſi *poenam pecuniariam* „arguit.“ Quae interpretatio quam ſit remota ab omni veritate, ipſa declarant Legis verba, quae habet art. 135. Item wenn jemandt beklagt und inn recht erfordert oder bracht würde, von Sachen wegen, ſo er doch überwunden, ſein Leib und Gut verwürckt hett, und aus Forcht ſolcher verſchuldter ſtraff ſich ſelbs ertödt, des Erben ſollen inn dieſem Fall ſeines Guts nit vehig oder empfengklich, ſondern ſolch erb und gütter der Oberkeit, der die peinlichen Straff, Buß und Fell zuſtehen, heimgefallen ſeyn. Igitur quae bona primo quidem loco in ſingulari Gut, deinceps erb und Gütter vocantur, neque cum mulcta pecuniaria, in quam notio erb und Güter minime quadrat, confundi debent. Quemadmodum vero vel ſola articulorum 111 et 135 curatior inſpectio nullum non docebit, non abrogaſſe *Carolum expreſſam* quam vocant *publicationem* bonorum: ita confirmabimur in hac ſententia meditaturi quam Cl. KOCHIVS dedit

 inter-

interpretationem art. 218, qui hactenus vexauerat atque in diuerſa traxerat interpretes. En Ejus verba: „Item es iſt ein Misbrauch und böſe unvernünftige „Gewohnheit an etlichen Orten, ſo ein Ubelthäter, „welcher Leib und Gut zugleich nicht verwürckt hat, „vom Leben zum Todt geſtraft wird, daß Weib und „Kinder an den Bettelſtab gebracht werden, und das „Gut des hingerichteten Ubelthäters dem Herrn zu„gewieſen wird. Es iſt aber dieſes, daß das Gut „eines hingerichteten Ubelthäters dem Herrn zugewie„ſen wird, kein Misbrauch, wenn ein Mißethäter „wegen des Laſters der beleidigten Majeſtaet, oder ſonſt „in andern Fällen, worin er Leib und Gut zugleich „verwirckt hat, vom Leben zum Todte geſtraft wird (37). Caeterum neminem in dubium vocaturum exiſtimamus, quin recte inter *poenas*, quae *criminales* audiunt, referatur *bonorum confiſcatio*, cum hoc ipſa articuli 135 verba prae ſe ferant, idemque confirment aliae conſtitutiones Imperii (38) adeo vt PVFFENDORFFIO lubenter calculum addamus dicenti: „Siue autem omnium bonorum confiſcatio cum ſup-

„pli-

(37) Conf. *ejusdem* praefationem C. C. C. p. 54.

(38) Conf. locum, quem ad §. 19. not. 27. excitauimus.

„plicio conjungatur, ſiue minus, omnes certe cauſae, „quae bonorum confiſcationem vniuerſorum requi- „runt, ad jurisdictionem altam referendae ſunt. Sane „bonis omnibus ademtis ipſum corpus ſumma miſe- „ria affici, adeoque hanc poenam corporali aequalem „habendam eſſe dubitationem vix recipit. Vnde et „major criminalis cauſſa adeſt, et ad jurisdictionem „corporalem pertinebit. Et ita inſtitutis noſtris con- „uenit (39).

§. 26.

SEQVITVR TRACTATIO DE POENIS CIVILIBVS.

Poenas, quas in numerum criminalium refert *Carolina* nos recenſuiſſe in vniverſum omnes exiſtimamus. Jam de *ciuilibus* videamus et quales hae ſint ex mente *Carolinae* indagemus. Atque edocemur ab artt. 157 et 158 *primario* huc referendas eſſe poenas pecuniarias, *ſecundario* carcerem temporarium. Neque tamen aliud poenarum genus, *dummodo non ſit ex numero criminalium*, plane excludendum eſſe putauerim, cum verba art. 167 finalia in determinanda poena ciuili ad *conſuetudines legesque* prouocent. Jam cum carceris poenam pro corporali habendam eſſe

(39) Conf. librum de j. g. p. 192. §. 15.

eſſe ſupra obſeruauerimus, ſequitur profecto vt *corporalis* poena non ſemper ſit *criminalis*, vnde intelligi ſine difficultate poteſt, quam recte aſſeruerit Cl. Pvffendorffivs, criminalibus cauſſis et criminali jurisdictione omnes partes corporalis jurisdictionis non comprehendi. (40)

## §. 27.

## QVAE DOCET IN DIJVDICANDO DIVERSO POENARVM GENERE NON TANTVM AD IPSVM JVDICEM, SED AD EARVM INDOLEM INPRIMIS ESSE RESPICIENDVM.

Itaque in regundis finibus poenarum ciuilium et criminalium ad ipſam earum indolem, non tantum, (quae nonnullis ſedet ſententia) ad judicem qui eas irrogat, reſpiciendum, oſtendiſſe quantum ſatis eſt, putamus. Atque confirmabimur in hac opinione, ſimulac obſeruauerimus quae habet art. 158 de judice criminali *poenam ciuilem* irrogare non valente ſine praeſcitu magiſtratus ciuilis. Vnde non ſatis tuto concludi poſſe videtur a judice poenam dictante ad ipſum poenarum diſcrimen, cum, etiamſi lubentes demus,

(40) *Ibid.* p. 159. §. 21.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764208-p0060-1

demus, poenas criminales nonniſi judicem criminalem decernere poſſe, ex mente tamen *Carolinae* minus recte dicatur, vt qui *majus* poſſit ei *minus* quoque liceat.

## §. 28.
## EX QVA SIMVL ORITVR DISTINCTIO INTER DELICTA CIVILIA ET CRIMINALIA.

Sed, quod cardo rei eſt, ex antecedentibus duplex intelligi poſſe videtur *delictorum* genus, *ciuile* alterum, alterum *criminale*. De quo vt euidentius conſtet, in memoriam nobis reuocemus notionem *delicti*. Eſt vero *delictum* definiente V. M. atque Perilluſtri Academiae noſtrae Procancellario HOMBERGK ZV VACH, "factum quod in foro humano punitur; „factum illicitum vero audit quod contra prohibitio„nem legis humanae committitur (41). Itaque omne delictum legem ſupponit poenalem, atque apud *Romanos* pro diuerſa legum indole differebat et ipſa delictorum indoles. Quae enim lege quadam publicorum

(41) Conf. *Ejusdem* primas lineas juris ciuilis p. 166. Noſtram itaque non facimus definitionem quam ex G. L. BÖHMERI diſſert. de abigeatu in principiis J. C. repetiit Cl. MEISTERVS, "delictum, inquiens, "eſt actio Subditi „libera, ſalutem reipublicae „violans, *ſanctione poenali* „*ciuili* interdicta.

corum judiciorum vindicabantur, *publica*, *priuata* vero dicebantur ex quibus priuata actione quorum intererat, agebant. Illorum poena, obſeruante Cl. HELLFELDIO publica erat et ad rem publicam pertinebat, horum poenam ſibi vindicabat priuatus (42). Quamquam vero hodie jus puniendi ſoli competat magiſtratui adeoque ſuperuacuam noſtris moribus eſſe diuiſionem illam inter delicta publica et priuata jamjam alii monuerint, (43) eam tamen nobis praeſtat vtilitatem, vt intelligamus, pro poenarum indole differre et ipſa delicta, atque diuerſis adeo nominibus eſſe compellanda. Atqui edocemur a *Carolina* dari diſcrimen inter poenas *ciuiles* et *criminales*. Vnde tuto concludere nos poſſe arbitramur, diſtinctionem inter delicta *ciuilia* atque *criminalia* menti *Carolinae* eſſe conformem atque adeo nequaquam negligendam. (44)

§. 29.

(42) Conf. *Ejusdem* jurisprudentiam forenſem ſecundum ordinem Pandectarum propoſitam p. 1290.

(43) Conf. CAROLI THEOPHILI GRAVNII diſſert. de ſuperuacua delictorum diuiſione in publica et priuata moribus noſtris, Jenae 1756. ibique inprimis §. 34.

(44) Quam de natura et indole delictorum ciuilium Trajecti ad Rhenum ſcripſit diſſertationem anno 1765. THEOD. BOENDENMACKER videre hactenus nobis non licuit.

## §. 29.
## IN CVJVS NEGLECTVM EJVSQVE CAVSAM INQVIRITVR.

Priuſquam vſum, quem diſtinctio allata praeſtat, oſtendamus, monſtrare licebit, qui factum vt ea neglecta fundamentum ejus non obſeruauerint Interpretes. Atque hujus neglectus cauſſa poſita eſſe videtur in applicatione incongrua juris romani ad mores Germanicos patriaeque inſtituta; quo exemplo denuo conſtabit, quam caute verſari oporteat in vſu juris peregrini. Nimirum §. praec. obſeruauimus diſtinxiſſe romanos inter poenas publicas et priuatas. Quemadmodum vero iidem exinde recte collegerunt dari diſcrimen inter delicta publica et priuata: ita Doctores noſtri minus recte ſtatuerunt omnes cauſſas, quae facta illicita, quorum poena *publica* eſt, concernunt, eſſe *criminales*. Germani enim ignorant hodie poenas priuatis applicandas, atque curate diſtinguit *Carolina* inter *poenas* ipſas et *damna* laeſis *reparanda* (45) illasque omnes pro *publicis* habendas eſſe jubet, non *criminales* ſolum, ſed *ciuiles* etiam, adeo vt ex quaeſtione publicane ſit poena vel minus,

H altera

(45) Conf. v. g. art. 157 et 158, quos ſupra excitauimus.

altera, ſitne criminalis, vel ciuilis, minus recte hodie decidatur. Quae cum ita ſint, calculum addere non poſſumus Cl. MEISTERO "omnes, ajenti, cauſſae, „quae facta illicita, quorum *poena publica* eſt, con„cernunt, *criminales* dicuntur (46).

## §. 30.

## VSVS HVJVS DISTINCTIONIS EST 1) DOCTRINALIS

Vſum diſtinctionis in medium allatae eſſe vel *doctrinalem* vel *practicum* confidenter aſſerimus. Quum enim, (quod quantum ſatis eſt, demonſtraſſe videmur,) fundamentum ejus in ipſis legibus reperiatur: ſatis intelligent harum rerum periti, poſtulare eam perfectiorem illarum interpretationem. Facilius deinde hac poſita diſtinctione atque Germanorum inſtitutis conuenientius tironibus tradi poteſt doctrina de cauſſis criminalibus. Has enim vocare licebit in poſterum, quae verſantur circa delicta *criminalia*; haec vero *deficientibus legibus ſpecialibus* curate ſatis determinat atque a *ciuilibus* diſtinguit poena, quam in delinquentes ſtatuit *Carolina*. Atque nemo non videt,

(46) Conf. *Ejusdem* principia j. c. p. 252.

videt, hac ſtante doctrina, euitari ſcopulos omnes in quos incidiſſe obſeruauimus ſupra Autores alia tradituros principia, quae juris criminalis ſtudioſos in diſtinguendis a ſe inuicem cauſis criminalibus et ciuilibus ſequi oporteat.

## §. 31.

## ATQVE 2) IN IPSIS RERVM ARGVMENTIS OBTINET.

Quodſi quis regerat, *inſolitam* prorſus eſſe diſtinctionem, quam defendimus, atque vel ideo rejiciendam, hunc cogitare velit rogamus, leuidenſe admodum eſſe hoc dubium, ſi, quod demonſtraſſe putamus, *vera* fuerit atque menti Carolinae aliarumque Conſtitutionum conformis. Proſtant praeterea teſtimonia nonnulla, quae credere jubent, in ipſis rerum argumentis obtinuiſſe hactenus diſtinctionem noſtram, adeo vt minus recte eam neglexerint Doctores. Quod vt perſuadeamus lectoribus noſtris, primo quidem loco animo noſtro obuerſatur locus ex *Receſſu Spirenſi* de anno 1600, ex quo, infra allegando (47) ſatis appa-

(47) Conf. Collectionem ſanctionum imperii de anno 1747. Tom. 3. p. 487. §. 80 et 81. Nachdem aber auch die



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764208-p0065-9

apparet, non omnia delicta pro criminalibus ex *mente* Procerum Imperii eſſe habenda. Neminem enim vel me non monente, fugit, delicta (Verbrechung, Verbrechen) Procuratorum, de quibus verba facit Receſſus, non inter *criminalia* eſſe referenda. Reſtat igi-

Straff der Ordnung nicht hoch geachtet, oder die Procuratoren zu mehrerm Fleiß bewegt worden, in deme daß ſie die Producta fleißiger zu collationiren, zu corrigiren, die Partheyen zu diſtinguiren unterlaſſen, oder vergebliche dilationes ad proximam vel ad ſecundam begehren oder bitten: derowegen dann in den letzten Viſitationibus in An. 86. 87. ſolche Straff nach Ermeßigung des Richters erhöhet: Dieweil aber dieſelbige Straf nicht allzeit ſtricte irrogirt, noch erfordert worden, und man ſo bald nicht allemahl ſolche **Verbrechung** ſpüren können, ſonderlich als die Procuratoren angefangen ad proximam oder ſecundam zu bitten, faſt ganz zu unterlaſſen, und allein nur fernere Nothdurft vorzubehalten, welches dann keine ſubmiſſion geweſen, dadurch die Sach bey weitem mehr, als da ſie ad proximam gebetten, aufgezogen worden: Ingleichem hat man nicht leichtlich vermercken mögen, ob die Partheyen und Sachen nach der erſten Intitulation genennet, und diſtinguiret ſeyen oder nicht, welches auch nicht wenig Irrung und Verlängerung in Aufſuchen und Juſtificirung der Protocoll, ſo wohl in der Cantzley als Leſerey zu Aufhaltung anderer Sachen verurſacht: derenthalben ſo werden hiermit die Procuratores nochmals der gedachten Abſchied erinnert, darauf auch fernere Verordnung gethan werden ſoll, daß jederzeit ſolche vorzügliche und andere verbottene Handlungen durch die Referenten, oder auch in reviſione protocollorum gemerckt werden, inſonderheit verbotten ſeyn, ulteriora allein zu reſerviren, und ganz

igitur vt pro *ciuilibus* eadem habuerint dicti Proceres. Neque dubitare licet, quin voci: Verbrechen, qua vtitur Receſſus Imperii de anno 1603, §. 65. idem tribuendus ſit ſignificatus (48), cum is tam ex *poena*, cujus

ganz keine Zeit zu begehren: Wie auch wo ad proximam vel ad ſecundam gebetten, dieſelbige ungehandelt fürüber gehen zu laßen, die Sachen aber nach der erſten Intitulatur, daß der Impetrant jederzeit primo loco geſetzt, diſtinguiren, und ſolchem allem gebührlich nachgeſetzt werden ſoll.

---

Alldieweil die in der Ordnung beſtimpte gewiße Anzahl, den Producten ein jeder Sachen und Puncten vielfältig überſchritten wird, indem man das **Verbrechen** nicht alſo leichtlich ſpüren mögen, dieweil in den Inſcriptionibus productorum mancherley Namen erdacht, als Anzeig, Gegen-Anzeig, Ableinung, Gegen-Ableinung, Verantwortung, Hintertreibung, Gegenhandlung, Gegen-Beſchluß, Endlich Beſchluß, und dergleichen, daraus nicht abzunehmen geweſen, ob ſolche Schriften über die Anzahl der Ordnung, und ob es exceptiones, replicae, duplicae, triplicae, oder quadruplicae &c. ſeyen. So ſollen, ſolcher Unordnung zu begegnen, und damit der Gegen-Anwald ſowohl als der Richter alsbald erkennen möchte, oder etwas über die Zahl der Ordnung ſey oder nicht, die Procuratores, ob ſie wol die Intitulaturen, wie ſie durch die Advocaten den Producten affingirt, nicht wol ändern können, jederzeit darauf bey denſelbigen die rechte Namen in ſpecie zu verzeichnen ſchuldig ſeyn, auch die producta anderſt nicht, als wie ſie ſeyn, nennen: als exceptiones, replicae, duplicae &c. oder ob an derſelben ſtatt eines die Schrift einkommen, ob es die erſte, andere oder dritte Schrift in einem Puncten ſeye, ſich umb ſo viel deſto beſſer darnach haben zu richten, verzeichne.

(48) *Ibidem* p. 513. §. 65.

Als

cujus mentionem facit Reformatio politiae de anno 1577. Tit. 21. §. 2. quam ex conditione magiſtratus a quo illa infligenda, tuto ſatis colligi poſſit (49). Addimus his teſtimoniis prooemium ordinationis criminalis Darmſtadinae de 1726, vbi ſtatim ab initio

*delicta*

Als wollen und befehlen Wir, daß obvermeldtem gemeinem Betrug, Schaden und Nachtheil nicht allein ernſtlich abgewehret, und gegen den **Verbrechern** mit unnachläſſiger **Straff** verfahren werde, allermaßen in jüngſter obgemeldtes 77. Jahrs zu Franckfurt erneuerter Policey-Ordnung in dem 21. titulo, von Verkauffung der Wüllen-Tücher &c. Und dann Anno &c. 1594 allhie zu Regenſpurg auf damahls gehaltenem Reichstag §. Beneben dieſem &c. wohl ſtatuirt und verordnet, ſondern auch, daß die hierüber eröffnete, und währender dieſer Reichsverſamblung, der Ständen Räthen, Geſandten, und Bottſchafften vorgetragene, wolerwogene und vernünftige Bedencken aller Orts im Reich, ſo viel ſich jedes Lans Art und Gelegenheit nach immer thun laſſen will, mit allem Ernſt fürgenommen, angerichtet, und im Werck vollzogen werden ſollen.

(49) *Ibidem* p. 390. Tit. 21. §. 2. Demnach ſetzen, ordnen und wollen Wir, daß hinfürter im Heil. Reich Teutſcher Nation, kein Tuch mit der Elen im Ausſchnitt verkaufft werden ſoll, es ſey dann zuvor genetzt und geſchoren: Was aber ganze Tücher wären, dieſelbe ſollen ungereckt, oder geſtreckt, aber doch genetzt verkauft werden, und **bey Straff und Verlierung deſſelben Tuchs**: Wären die aber genetzt und geſchoren, und wieder an die Ramen geſpannet, oder ſonſten durch andere Mittel gereckt oder geſtreckt befunden, dieſelbe Tücher ſollen verloren, und in beyden obberürten die Straff der **Obrigkeit**, darunter die Tücher feil gehabt werden, **unter die bürgerliche Gerichtszwang** ohne Mittel der Ort zugehörig, zuſtehen.

*delicta criminalia* memorat Sereniſſimus Legislator, manifeſto indicio, nequaquam repugnaſſe menti Ipſius diſtinctionem inter delicta *criminalia* et *ciuilia*, cum alias ratio nulla appareat, cur vocem *criminalis* ſuperaddiderit voci delicti, illo quidem aeuo, quo omnia delicta publice vindicari ſolebant (50). Denique ipſa denominatio delicti ciuilis (eines Civil-Verbrechens) occurrit in deciſione 147 collectionis notabiliorum deciſionum Supremi Tribunalis Appellationum Haſſo Caſſellani ejusque T. I. p. 609 ſeq. Sententiam ipſam, quae *delictum ciuile* memorat, dabimus infra (51); hic vero monuiſſe ſufficiat, diſtinctionem,

(50) Verbis: Nachdem Wir eine zeither verſchiedentlich wahrgenommen, daß in Fällen ſich zutragender **peinlicher Verbrechen** &c.

(51) Sententia

In Sachen Burgermeiſter und Raths zu Hofgeißmar, wieder Procurat. fiſci, Nahmens des daſigen Renthmeiſters, appellationis reciprocae, die civil- und criminal-jurisdiction, und deren Ausübung in Hofgeißmar auf daſigem Rathhauße betreffend: wird auf das Verhandelte und erfolgten Schluß mit übergehung des poſſeſſorii in dem genugſam inſtruirten petitorio hiermit zu Recht erkannt:

Daß, ſo viel die peinliche Gerichtbarkeit betrift, ſolche mit den darzu gehörigen Hurerey- und Ehebruchs-Fällen einem zeitigen Renthmeiſter allein zuſtehe, und beſonders in Anſehung ſolcher Verbrechen, worüber der förmliche peinliche Proceß erkannt wird, und worinnen die peinliche Gerichte mit Zuziehung klagenden Burgermeiſter und Raths ehedem geheeget und gehalten worden, ernannte Kläger bey den zeithero geänderten Umſtänden mit ihrem Suchen ab- und in die peinliche Gerichts-Ordnung von 1748. lediglich

nem, quam defendimus, *praxi Haſſiacae* conuenire, atque vel ideo nequaquam eſſe negligendam.

## TANTVM.

diglich zu verweiſen ſeyen, dieſemnächſt auch erſagtem Renthmeiſter die Civiljurisdiction über die in der Stadt geſeſſenen ſchutzverwandte Juden (außer wenn ſie in Anſehung ihrer innhabenden bürgerlichen Häußer, oder wegen begangener geringer Frevel in der Stadt oder deren Feldmark verklagt oder gerüget werden) desgleichen die Cognition in Zoll- Acciſe- und Licent-Defraudationen, und wo jemand an Landsfürſtlichen Regalien ſich vergreift, ferner die Beytreibung Landsfürſtlicher Gefälle und Intraden, auch derer über zehen Cammer-Gulden ſich belaufenden Straffen privative, dahingegen die Handhabung der Zünfte bey ihren Zunftbriefen, und Cognoſcirung der in Zunftſachen vorfallenden Streitigkeiten, nach Maaß und Vorſchrift der Zunftbriefe, vorbehaltlich des der Stadt und Zunft an den Zunftſtrafen gebührenden Antheils, wie weniger nicht die Gerichtbarkeit über die Bürger, oder deren Weiber, Kinder, und Geſinde, oder gemeine Stadt-Bedienten, ſie mögen von Bürgern oder von Fremden und Juden belangt werden, wie auch über Fremde ſowohl Chriſten als Juden, welche ſich in der Stadt verziehen, oder in deren Feldmark freveln, wann ſie anderſt für ihre Perſonen den Untergerichten unterworfen ſind, in cauſis civilibus dem Renthmeiſter nebſt Burgermeiſter und Rath geſamter hand dergeſtalt zuſtehe, daß der Renthmeiſter die Citation zu erlaſſen, die Cognition aber auf dem Rathhauße in der Audienz vorzunehmen, ſich mit Burgermeiſter und Rath eines Beſcheids zu vergleichen, die Berichte in Appellations Sachen gemeinſchaftlich zu erſtatten, die Execution der Beſcheide und Beytreibung der Strafen unter 10 C fl, welche wegen Schlägereyen, Feldſchaden, Ungehorſam, und andern **Civil-Verbrechen** vom Gericht erkannt, und zwiſchen der Rentherey und Stadt-Cämmerey zur Hälfte getheilt werden, mit Vorwiſſen des Burgermeiſters, und Zuziehung der Stadt-Diener beytreiben zu laßen; darneben aber Burgermeiſter und Rath für ſich allein die Stadt-Pflichten, auch etwaige Pächte und Zinßen durch ihre Stadt-Diener ſelbſt executive einbringen, und die Debenten pfänden, weniger nicht die der Stadt allein berechnete Holzbuße, wegen der in den Stadt-Gehölzen von Bürgern, oder Fremden begangenen Frevel auf gleiche Weiſe eintreiben zu laſſen, auch die Wiederſpenſtige in den bürgerlichen Gehorſam zu ſetzen befugt, und ſolcher geſtalt die bey hieſiger Regierung am 27ten Mart. 1762. eröffnete ſententia a qua zu reformiren ſey. Als F. O. A. Gericht hiermit zu Recht erkennet und reformiret, die Unkoſten aber gegen einander compenſirt. V. R. W.

Marburg, Diss., 1775-88

ULB Halle 3
005 359 880

VD18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764208-p0071-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764208-p0072-8

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS JVRIDICA

DE

# VERSO POENARVM GENERE EX MENTE C. C. C.

NDEQVE ORIENTE DISCRIMINE INTER DELICTA CIVILIA ET CRIMINALIA NEQVAQVAM NEGLIGENDO.

---

QVAM

*RECTORE MAGNIFICENTISSIMO*

ERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE AC DOMINO

NO FRIDERICO II

HASSIAE LANDGRAVIO, RELIQ.

X DECRETO FACVLTATIS JVRIDICAE

PRO

*MMIS IN VTROQVE IVRE PRIVILEGIIS ET HONORIBVS CONSEQVENDIS*

PLISSIMORVM ACADEMIAE PROCERVM

EXAMINI SVBMITTIT

AROLVS GVILIELMVS ROBERT

IVRIS ATQVE PHILOSOPHIAE PRACTICAE PROFESSOR P. O.

*RESPONDENTE*

GEORGIO GVILIELMO SCHOEDDE

HASSO

AD D. AVG. ANNI MDCCLXXIX.

H. L. Q. S.

---

MARBVRGI

TYPIS IOANNIS BAYRHOFFERI.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-764208-p0073-3